



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Liber IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)



IOSEPHI  
 VICECOMITIS  
 DOCTORIS S. THEOLOGIAE,  
 AC COLLEGI AMBROSIANI  
 DE  
 ANTIQVIS BAPTISMI RITIBVS,  
 ac ceremoniis.  
 Liber Quartus.

*Baptismi die Ecclesiam peristromatis ornata esse:  
 balsama, & odores incensos, & varios cereos, vel  
 lychnos accendi consueuisse.*

CAP. I.

**H**Actenus de ceremoniis, ac ritibus,  
 qui ad catechumenos, competen-  
 tes, & electos pertinebant, lecto-  
 res admonere, satis fuerit. nunc ad  
 eos ritus, qui in baptismo ministrando, vel  
 paulo ante seruabantur, subsequenter calamū  
 deducam. Ac primum omnium satis constat,

veterum Christianorum studium in eo  
 ce eluxisse, vt baptismi sacramentum  
 pompa, & religione celebraretur, quod  
 præcipue rebus factum esse, animaduertimus  
 nam ltragulis ecclesiæ parietes induebantur  
 vt externus apparatus ad internū anime  
 dorem, quem baptismus efficit, contem  
 dum pelliceret, balsama, varique odore  
 fundebantur, vt vitæ Christianæ suauitate  
 solatia hoc quasi symbolo fideles intelligere  
 cerei, vel lychni accendebantur: vt baptis  
 mō sacramento decus, & honor accederet, cum  
 duo priora breuiter quidem Gregorius Ter  
 nensis complexus est lib. 2. histor. Franc. den  
 Clodouei Regis baptismum recenset his ve  
 bis: nunciatur hæc Antistiti, qui gaudium  
 plenus iussit lauacrum præparari, velis de  
 umbrantur plateæ Ecclesiæ, cortinis alben  
 nantur: baptisterium componitur, balsama  
 duntur, micant fragrantis odore cerei, totum  
 plum baptisterij diuino respergitur ab odore. Accedit  
 præterea Hincmari Rhemenis Archiepiscopi  
 autoritas, qui de vita S Remig. cum etiam  
 Clodouei Regis baptismi mentio incidisset  
 ait: Ecclesiæ componitur baptisterium, balsama  
 ceteris odoramentis conspergitur. Verum, ne  
 hæc in solo Regum, aut Principum baptis  
 mō facta, intelligat, quia citatæ autoritates  
 Clodouei baptismum indicandum pertinere  
 audiat quæso, quæ ex Ordine Romano ad  
 præsentem decerpimus. nam ille tit. de sabb  
 in die, vbi celebrandi baptismi modum præ  
 scribit, hæc inquit: sabbati vero die, sancti, u

Ecclesia  
 strata, ulis  
 ornata.

Odores in  
 baptismo  
 incensati.



Cereus in  
baptismi  
administra-  
tione exfe-  
ria quinte  
sacrosancte  
lychnis ac-  
cendeba-  
tur.  
Cerei vsus  
in baptis-  
mo ab Ec-  
clesia pri-  
maua pro-  
fectus est  
Cereum in  
baptismi  
administra-  
tione accē-  
dendi con-  
suetudo in  
Ecclesia Sa-  
lisburgensi  
& Medio-  
lanensi du-  
cat.

sumptus ignis per sacerdotem renouabitur. Ex  
loco intelligere possumus, non solum cereum  
qui in baptisui administratione ardebat  
quintæ sanctioris feriæ lychnis accendi  
sueuisse: verum etiam ipsum accendendum  
ab Ecclesiæ incunabulis repetendum esse.  
quod forte alludens Ioannes Iacobus Salu-  
gensis Ecclesiæ Archiepiscopus in Manu-  
Parochorum, & aliorum curam animarum  
bentium de baptisui sacramento cap. 4. ha-  
cereorum consuetudinem antiquam, & in-  
dabilem appellauit. pluraque extant in  
Ecclesiæ Mediolanensis de hac consuetudine  
testimonia, quæ legentibus præsto erunt. Ce-  
terum hic cereus quinam fuerit, nulli ser-  
res meminerunt: sed ego cereum, qui rursus  
Paschalis dicitur, fuisse, duobus argumē-  
coniicio, primo quod columna cereæ, in  
statis precibus à profano vsu eximebatur,  
deinde ad baptisui fontem deferrebat, pro-  
dentius, aliique Patres apertissima testimonia  
reliquerunt: ita vt si quis, columnam ceream  
pro cereo Paschali vsurpatam esse, putet, et  
iusdem Paschalis cerei in baptisui accendē-  
di consuetudine nullus dubitandi locus re-  
quatur. tum etiam quia in certo diuinae  
græ codice, quo tum Ecclesia Mediolanensis  
veterum rituum studiosissima, tum Roma  
cæterarum mater, & parens vtuntur, post  
angelium festi, ac solennis diei, quo illud  
Dei triumphos, ex deuicto Diabolo, & Spoli-  
tis Inferorum sedibus reportatos, memoria  
anniuersaria gratulatione recolimus, mentio

in cereum Paschalem ipso Euangelio expleto  
extingui, nec amplius nisi in Penteco-  
tes peruigilio pro fontis benedictione accen-  
dit, quod argumento est, eundem cereum in  
fontis benedictione, ac ipso baptismo accendi  
consequisse.

De pecunia Sacerdotibus dari solita.

C A P. II.

Hanc, quam tractamus, questionem à no-  
bis prætermitti debuisse, multi existima-  
bant, quod non ita, sicuti est, ab omnibus in-  
tellegitur. Sed datur hæc venia veterum tituli  
impetoribus, ut nihil prætermittat eorum quæ  
ad rei propositæ tractationem pertinere videan-  
tur, quare nemo mihi culpæ dabit, si ad mone-  
nda, communi Ecclesiæ more, & consuetudine  
receptum fuisse, ut, qui vitalis lauacri gratiam  
accipiebantur, pecuniam, vel alia munera  
sacerdotibus darent. Quem ritum non solum de  
his, qui rerum copia affuebant, sed etiam de in-  
opibus accipiendum esse, Greg. Naz. sententia,  
& auctoritas confirmat. is enim eos, qui in opia  
nomine baptismum differebant, grauibus verbis  
arguit, illud inter cætera monens,  
non eis valde laborandum esse, quid sacerdoti  
offerant, cum omne munus quamuis leue suf-  
ficiat: nec in baptismo accipiendum celebritas  
nominis affectanda, sed gratia consequenda vi-  
deatur: turpe est (inquit orat. 40. in laud. Bapt.)

Baptizandi  
nummos sa-  
cerdotibus  
dabant, li-  
cet paupe-  
res essent.

dicere, ubi est munus, quod propter bap-  
 ram? ubi splendida vestis, in qua explede  
 ea, qua ad initiatores meos excipiendos requiruntur  
 ut in his quoque rebus nominis celebratam  
 quar. valde enim, uti vides, hac necessaria  
 propterea gratia imminuetur. ne in magno  
 minuta, et leuicula in rationem mittat: ne tamen  
 quo, et abiecto affectu re duci paratis, ad quem  
 cum Nicetas in hanc formam. at, inquit, mu-  
 nus parabo, splendida me vestem, quam post bap-  
 tum induam, atque etiam mensam, qua vitulum  
 meum excipiam. ne hac quidem necessaria  
 si ita preparatus non fueris, propterea bap-  
 tismus quicquam decedet. Quae verba licet necessitate  
 dandi nummos negare videantur: quod  
 illis baptismus dari posset: reuera tamen  
 iudicio eam maxime confirmant. nam  
 illi nullam differendi baptismi causam  
 xere potuissent: eoque magis, quod pecunia  
 usum vesti candida, atque conuiuio com-  
 qua tamen etiam pauperes adhibuisse, libe-  
 co constabit. Ex qua eadem ratione non  
 tam, ac definitam vim pecuniae fuisse, sed  
 suo quemque arbitratu maiorem, aut  
 sacerdoti offerre solitum, manifesto cogno-  
 tur. Sicut ex eo, quod eodem modo de muni-  
 re, ac veste candida loquitur, colligi facile  
 test, non minus pueros infantes, quam, qui  
 ulti aetate erant, munera obtulisse. Verum  
 hac re plura testimonia suppeditabunt, quae  
 Conciliis, vel Pontificibus de eiusdem pro-  
 bitione mox dicemus. nam, quae ne fiant  
 sterum, vetantur, illa aliquando facta fuisse  
 necesse

Pecunia sa-  
 cerdotibus  
 necessario  
 dabatur.  
 Pecuni: sa-  
 cerdotibus  
 dari solita  
 non erat  
 definita.  
 Etiam pue-  
 ri munera  
 offerebant.

neceſſe eſt. Huius autem conſuetudinis ſimi-  
 le aliquid apud Gentiles fuiſſe reperio nam il-  
 li, quoties ſe alicui numini deuouebant, mu-  
 nis aliquod ei offerre, religione obſtringeban-  
 tur: vt de Veneri initiatis clarè Clemens Ale-  
 xandrinus in Protept. ait: *Marine huius volup-*  
*tati inditum ſals granum, & Phallus traditur*  
*vt, qui in hac mœchandi arte ſunt initiati; num-*  
*mo autem ei afferunt ij, qui inſtantur: & Arno-*  
*bus lib. ij. contra Gentes: nec non & Oypria Ve-*  
*neri ab ſtraſilla mitia prætereamus, quorum condi-*  
*tiõ dicitur Cyniras rex fuiſſe, in quibus ſumentes*  
*vt, vt ſas ſipes inſerunt. Quarè cum baptiſmali*  
*ſone maniri, verè ſit Deo initiari, indecorum*  
*videtur eſt Christianis, in promerendo numine,*  
*munerum largitate ab eis ſuperari, quos reli-*  
*gionis præſtantia, ac dignitate anteibant. Vel*  
*verè alia mens, atque conſilium in hoc con-*  
*ſiderando Sanctis Patribus fuit: nimirum cle-*  
*ricalẽ ordinem, ſicut ceteros homines mul-*  
*ta rebus indigere, quotidiana experientia e-*  
*ſoci erant; nec tamen, vnde victum ſibi com-*  
*pararet, illi quicquam certi ex redditibus eſſe.*  
*Quamobrem multa populus liberalitate erga*  
*ſacerdotes vtebatur: & quo illi ad victum ne-*  
*ceſſaria ſuppeteret, eleemoſynas ob varia pie-*  
*tatis officia, maxime ſacramentorum admini-*  
*ſtratione in ſigni charitate erogabat. De quo*  
*dubitare nemini continget, ſi vel ſuperiorum*  
*temporum anguſtias, Eccleſiæq; paupertatem*  
*ſecum ipſe conſideret, vel, quid de hac pecunia*  
*ſerret, aut in quos vſus inſumeretur, paulo al-*  
*tius intueatur. Neq; enim, (ſicut modo in ex-*

Gentiles;  
 qui Venet  
 iſtitiaban  
 tur, ei mu-  
 nus offerre  
 bant.  
 Cauſa, cui  
 in baptiſ-  
 mo num-  
 mos dari,  
 inſtitutum  
 fuerit.  
 Secunda  
 cauſa dan-  
 di numos  
 in baptiſ-  
 mo.  
 Pecunia à  
 baptizati-  
 onis dari lo-  
 cita in quos  
 vſus adhi-  
 beretur.





Bona Ec-  
clesiæ in 4.  
partes Epi-  
sco um,  
clerū, Ec-  
clesiam, &  
pauperes  
diuideban-  
tur.

Beneficia  
inst. tuta  
fuerunt à  
Gregorio  
quarto Pō-  
tifice.

Decimæ,  
& primitiæ  
cur iustitu-  
re.

Pecuniam  
à baptizan-  
dis exige-  
re, vetitum.

teris huiusmodi fieri solet) minister cum  
vindicabat; verum vel in medium publico  
ponebatur; vel certe ex ea quatuor exar-  
tiones fiebant, quarū vna Episcopo, altera  
ro, tertia Ecclesiæ, & quarta pauperibus  
tur, sicut ex communi bona Ecclesiastica  
tiendi romne colligi potest: quæ perma-  
que ad tempora Gregorij quarti Pontifi-  
quo primū beneficia singulis parochiis, Ec-  
clesiis constituta fuerunt, quemadmodum  
loco probabimus. Neque vero nos magis  
quod Constantini Magni tēpore, quando Ec-  
clesia in magnas diuitias crevit, eadem ven-  
tudo vigeat; vt propterea falsum videtur  
sacerdotum inopia suam originē duxisse.  
satis constat, multa alia, præcipue decimæ  
primitias necessitatem primū excogitasse  
postmodum vsus, & commoditas cultus  
ac propagauit. Non multo post tamen  
à baptizandis exigi, desitum est, nam Sixtus  
Elibetina pecuniæ oblationem, quæ bapti-  
causa fiebat, ab Ecclesia sustulit: quemad-  
dum cap. 40. scriptum est: *emendari placuit  
hi, qui baptizabantur, (vt fieri solebat) nummum  
concham non mittant.* Atque hæc prima  
suetudinis damnatio fuit. Quam deinde  
stitutionem negligi, vt probabile est, sa-  
tius violari cum Patres Concilij Carthage-  
sis tertij animaduernerent, nouo eam elec-  
firmandam, ac stabiliendam, opera præce-  
duxere. sic enim cap. 1. præcipiunt. *placuit  
vniuersisq; Episcopis per Ecclesias suas hoc fieri  
hi, qui infantes suos ad baptismum offerunt,*

...antariē pro suo voto offerunt, ab eis suscipiatur. si  
...per necessitatē in paupertate aliquid non habent,  
...offerant, nullum eis pignus violenter extrahatur  
...denus: nam multi pauperes hoc timentes filios suos  
...retrahunt. Ac ne dubitate amplius ea  
...ere cuiquam liceret, post aliorū Pontificum  
...decreta, Gelasius etiam Pontifex primus idē  
...renouavit; cum Epist. ad vniuersos Lucaniq,  
...Romorum. & Sicilię Episcopos scribēs, detur-  
...bandi a sacerdotio minas in eos intendit, qui  
...pro baptismi administratione, vel pro vngēdis  
...sacro chrismate, quibus spiritali incremento  
...opus erat, pretium vllum extorquere conaren-  
...tur: baptizandis, (inquit cap. 7.) consigandūq; si-  
...bilibus pretia nulla praesigant, nec illationibus qui-  
...libet impostis exagitare cupiant renascentes: quo-  
...modo gratis accipimus, gratis dare mandamus.  
...ides nihil a praedictis prorsus exigere moliantur, quo-  
...paupertate cogēte deterriti, vel indignatione reuo-  
...cari, redemptionis suae causas adire despiciant, certum  
...habentes, quod qui prohibita deprehensi fuerint admi-  
...ssi, vel comissa non potius sua sponte correxerint, peri-  
...tulum subituri proprij sint honoris. Ex quibus locis  
...que potissimū rationes eius cōsuetudinis pro-  
...hibēde colliguntur: prima, ne res diuinæ, quaru  
...nobis dispensationē Deus sine mercede libera-  
...liter impertit, pretio venales viderētur: altera,  
...ne quibus parua, aut nulla res familiaris domi-  
...erat, offerēdi necessitate deterriti, filios suos a  
...baptismo reuocaret. quibus tertia quoq; addi  
...potest, nimirū necessitatis, & indigentiae cessa-  
...tio: siquidē, vt iam supra innuimus, Cōstantini  
...liberalitas in Ecclesiam Romanam sese effudit

Triplex ratio cur nū-  
mos a bap-  
tizandis ex-  
torquetur,  
versum  
fuerit.

Ecclesie  
reditus, &  
pretia qua  
do assig-  
ra.



Ecclesia  
redditus, &  
prædia quæ  
d. assigna-  
ta.

Cur in sa-  
cramento-  
rum admi-  
nistracione  
etiam a  
sponte dan-  
tibus præ-  
sium acci-  
pere, veti-  
m sit.

à qua tanquam cæterarum parte possimodum  
certi redditus, prædia ac possessiones rebus  
Ecclesiis tributæ fuerunt: ut propterea huius-  
modi rebus ad sumptus necessarios, communi-  
que victum sacerdotes minime indigerent.  
Tamen oportet, ab iis, qui sponte dabant  
pecuniam accipere, primo quidem vetum  
non fuisse: quemadmodum loca morum  
testantur. Sed deinceps fordidi sira locum  
aviditas, & aliquot clericorum avaritia omni  
Christianæ charitatis formam exiit, modum  
que excessit: atque ideo cum aliis in locum  
præsertim Mediolani, cuius Ecclesia salu-  
tibus institutis abundat, ea consuetudo ad Ep-  
iscopis damnata est: cantumque nouitiam  
crebris, ne in posterum id fiat.

*De Litanis, que ante baptismum, in baptismo  
post baptismum habebantur: de que lectio-  
bus, cantu, & oratione.*

## CAP. III.

Supplicatio  
ante bap-  
tismum in-  
su.

**T**ertia baptismi caremonia in eo posita  
fuit, ut clerici composito ad pietatem  
mine solenni pompa supplicationem obici-  
rent. Sic enim Christianæ religionis Doctores  
maximè decebat, non prius fidei mysteria  
impartiri, quam celestem opem, ac pacem  
sono clamore poposcissent. Atque hæc con-  
suetudinem ubique à sancta Ecclesia tenen-  
tam fuisse, perspicuum est. Dionysius cum

Ateopagita, qui primus omnium de baptismi  
 sacramento conscripfit, ad eam manifestè al-  
 luit lib. de Eccles Hierarch. cap. 2. vbi, cum  
 reliquis caremoniis tractaret, sic inquit: ma-  
 ximo eius capiti adinuer, signoque edico, sacerdoti-  
 bus imperat, *Ut vini, atque sponsoris nomina per-  
 scribant, ut scriptis, sacras preces perficit. quas  
 ubi vniuersa Ecclesia cum eo compleuit, exiit eum,  
 exultatque per ministros. Nemo enim dubita-  
 bit, sacrarum precum nomine supplicationem,  
 sine litaniam intelligi, si sequentia verba eo-  
 rumque significationem diligenter attendat.*  
 Deinde Hincmarus Rhemensis Archiepisco-  
 pus de vita S Remigij Rhemoru atque Archie-  
 piscopi Clodouci Gallorum Regis baptismum  
 explicans, insignem quandam supplicatio-  
 nem narrat, qua nouus Christi miles cum  
 magna clericorum, & ciuium pompa, sa-  
 cro Euangeliorum codice, signoque penden-  
 tis e cruce Domini prælato, piè, & religio-  
 se ad baptisterium ductus est. cuius verba, si  
 quis fidei meæ causa desiderat, hæc sunt: præ-  
 cedentibus sacris Euangelis, & crucibus, cum  
 hymnis, & canticis spiritualibus, atque litanis,  
 sacrumque nominibus acclamatis, sanctus Pon-  
 tificex manum tenens Regis, à domo regia pergit ad  
 baptisterium, subsequente Regina, & populo. Or-  
 do autem Romanus eandem consuetudi-  
 nem confirmat de die sabb. S. cum ait: ex-  
 pletis autem lectionibus. Vigiliarum Pasche per  
 ordinem cum canticis ad ipsum diem pertinentibus,  
 & cum reliquo officio, statim venientes duo acoly-  
 thi, tenentes ampullas in manibus suis de chri mate,

& oleo sancto coopertas, & stantes in decem  
 altaris, procedunt Pontifici, siue presbytero  
 pergenti ad fontes. tunc deinde schola decem  
 litaniam faciendam, expectantes Pontificem,  
 iussu faciunt litaniam septenam, deinde procedit  
 ritus de Ecclesia, benedicendo cum omni decem  
 ordine sacerdotum, cum litania quinta, proleu-  
 eum clero, vel populo usque ad fontes, sed  
 à duobus diaconibus, praecedentibus ante eum  
 cum duobus cereis ardentibus, qui ante faciem  
 minati, staturam hominis habentibus in altum  
 thuribus, & thymiamaribus. Et Albinius  
 lib. de Diuin. Offic. cap. 19. de Sabb. li-  
 to Paschæ, cum hanc quaestionem studere  
 plicaret, sic ait: euntes ad fontes, cauent  
 ter tantummodo repetendo, sequitur consecra-  
 sis, &c. & cap. 25. de vigilia Pentecostes,  
 eandem materiam tractat: finis lectio  
 descendendum est ad fontes cum sancto Chrysostomo  
 & cereis in magna reuerentia decantando litania  
 Amalarius etiam Fortunatus lib. 1. de Diu.  
 Offic. cap. 28. aguntur, inquit, litania  
 baptismum, & post baptismum, quod argu-  
 ro est, huius consuetudinis veritatem  
 quoque cognitam esse. eandem doctrinam  
 tradit Rabanus Maurus lib. 2. de Instit. Ch-  
 ric. cap. 41. de Pentecoste sic scribens: in  
 baro autem sancto Pentecostes, sicut in sabbato  
 Paschæ baptismus celebratur, lectionibus veteris  
 stamenti ante recitatis, atque litaniis ante  
 subsequente sancta missarum celebratione. De  
 Hugo à S. Victore lib. de special. Miss. Offic.  
 cap. 25. aptiori sententia comprobare non po-

scribit enim: *litania, qua sunt, &c. aguntur*  
*sepe ante baptismum, ut spiritus sanctus,*  
*gratia septiformis, veniat in aquam bap-*  
*tismi. Quia aguntur, dum baptizantur Cate-*  
*chomeni, ut Deus dignetur qui a quo sensus eorum*  
*regularet, ne illecebris secularibus capiantur. terna*  
*est, toto corde, tota mente, totis viribus custo-*  
*diant. Quae verba si lectores animadvertent*  
*facile intelligent, non modo hanc suppli-*  
*catione septies iteratam, ut septem sancti Spi-*  
*ritus dona singulis impartirentur, verum etiam*  
*alias quinque inter baptizandum factas fuisse,*  
*ut quinque sentiendi facultates rationis impe-*  
*diat, rursusque alias tres post bap-*  
*tismum, ut fidem sanctae Triados, quam in*  
*baptismo solenniter ediderant, sancte, in iuo-*  
*itateq; seruarent, de qua etiam Albinus Flac-*  
*cus li. de Diuin. Offi. c. 19. sic inquit, finito etiam*  
*pro baptismo, in sabbato sunt litaniae ex ius-*  
*su Pontificis ante altare: & cap. 25. post ascensum ve-*  
*nitur, ingrediendum est ad missam publicam ad s.*  
*tan. in primis sunt litania iter repetendo: & Ama-*  
*rius Fortunatus praefat, altera in li. de reb. Ec-*  
*cl. litania ita celebrantur in vigiliis paschae, ut no-*  
*stris olim obtinuit, id est, post baptismum. Nos*  
*autem, cum primum, & secundum supplicandi*  
*ordinem in defuetudine abire, passi fuerimus,*  
*tertia tamen haud obscuram imaginem habe-*  
*mus: quando flexis genibus post baptismum om-*  
*nes caelestes ordine deprecamur, significantes,*  
*baptismi sacramento nos sanctorum, quorum*  
*nomina inuocatur comunione adscriptos esse:*

Supplica-  
 ti. quare  
 septies fie-  
 ret  
 Supplica-  
 tiones quin-  
 que inter  
 baptizan-  
 dum cur  
 fierent.  
 Supplica-  
 tiones tres  
 cur fierent  
 post bap-  
 tismum.  
 Supplica-  
 tionis ve-  
 stigium a-  
 pud nos  
 sunt litanie  
 sanctorum,  
 & cur ex-  
 fiant.

O o iij



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

quemadmodum A<sup>g</sup>ta Ecclesie Medice  
 sis titulo de ceremoniis, que peracto baptis  
 brantur, manifesto delarant. Et vero etiam  
 tiquæ consuetudinis vestigium est: cum  
 bus, Christi reuiuiscens memoria, aut  
 tus sancti in A postolos immisione illu  
 bus, Canonici Ecclesie primarie ad  
 baptismalem frequentes eunt: cum præ  
 solum per ea tempora Veteres baptismum  
 ferre consueuerint, quibus autem cer  
 niis hæc supplicatio haberetur, nihil  
 scribere: cum ab Hincmaro Rhemen  
 cine Romano, & Albino Flacco, loci  
 citatis manifestè tradita fuerint. si  
 men perspicuitatis gratia sigillatim  
 desiderat, hæc sunt: facer Euangeliorum  
 à sacerdote, vel clerico præferatur: si  
 Iesu in Crucem a<sup>g</sup>ti sequebatur: can  
 sonus grauis, & diuinis laudibus accom  
 datus ad aures blandè, & suauiter acci  
 bat: sanctorum nomina omnes, qui  
 rant, cum inuocatione recitabant: duo  
 lythi chrisimatis, & olei ampullas, & nota  
 reos, thus, atque odorū thecam ferebant.  
 omnia apud eosdem Authores videre  
 Sed, præter hunc supplicandi ritū, alia  
 propitiandum cæleste numen, & pietatem  
 deliū augendam adhiberi solebant. Cuius  
 neris sunt variæ lectiones, quæ ex præ  
 institutis sumptæ erant, baptisimi  
 vel dignitatem indicantes: quarum  
 Paschasius Episcopus Ep. ad Leon. Pap.  
 scribit: *consuetis lectionibus discissis, cum præ*

Alterum  
 supplica  
 tionis ve  
 stigium.

Ceremo  
 niis in sup  
 plicatioe  
 obsecunda.

Lectiones  
 variante  
 baptismū  
 recitaban  
 tur.

secundum morem, baptizandi horam requireret, usq;  
 et lacem aqua non veniente, non consecrati, qui bap-  
 tizandi fuerant, recesserunt. Sed apertiora huius  
 rei testimonia legimus in S. Gregorio, qui lib.  
 de laetitia, tit. de Sabb. Pasch. iplis lectiones  
 diligentissime persequitur his verbis: *ascendit*  
*lectio in ambonem, pronuncians: lectio libri Genesis,*  
*et prima lectione finita, dicit hanc orationem: Deus,*  
*qui mirabiliter creasti hominem, &c. Lectio libri Ge-*  
*nesis, tentavit Deus Abraham. Deus, qui Abrahā*  
*formasti tui opere, &c. Lectio libri Exodi. Dixit Domi-*  
*nus ad Moysen, & Aaron in terra Aegypti, Deus,*  
*qui peccati veteris, &c. lectio libri Exodi, factum est*  
*in vigilia matutina, Canticum Cantemus. Deus, cu-*  
*ius antiqua miracula, &c. lectio Esaiæ Prophetæ, Hec*  
*laudibus servorum Domini. Deus, qui Ecclesiam tuā,*  
*&c. lectio Esaiæ Prophetæ, apprehendit septem mus-*  
*culos unum. Canticum: Vinea. Deus, qui nos*  
*ad celebrandum Paschale sacramentum, &c. Lectio*  
*Isaiæ prophetæ, factum est Verbum Domini ad Ionam*  
*prophetam. Deus, qui divitias misericordiae tuæ, &c.*  
 Quibus similia scribunt idemmet. tit. de sabb.  
 Pentecost. ordo Romanus de die sabb. S. &  
 Albinus Flaccus lib. de Divin. Offic. cap. de  
 Sabb. S. Pasch. & de vigil. Pentecost. quæ, quod  
 fere eadem sint, consulto omittimus, ne lecto-  
 ri latetia afferatur. Verum, cum in citata Gre-  
 gorij autoritate plurium orationum mentio  
 fit, explicandum est breviter, à quibus illæ pro  
 baptizandis Deo adhiberentur. minimè autem  
 dubium est, quin à ministro, & clericis adhi-  
 bitæ fuerint, si quis Gregorij verba accuratè  
 consideret. Sed in baptismo S. Augustini, Deo

Orationes  
 pro bap-  
 tizandis Deo  
 adhibeban-  
 tur & à  
 quibus.



586 *De Antiq. Bapt. rit. ac Cer.*  
 S. Augusti-  
 ni, Deoda-  
 ti, & Alipij  
 baptimus  
 pictura ex-  
 pressus.

dati, & Alipij, qui veteri pictura expressus est  
 de S. Augustini prope basilicam Ambrosianam  
 aperte constat, reliquos, qui aderant, in di-  
 nas preces se effudisse. Et Ordo Romanus  
 de die Sabb. S. cum administrandi bap-  
 tismi modum traderet, precipit, ut baptizandi  
 nibus flexis orationi operam dent: *dicite*  
 quit, *eis ab Archidiacono: orate electi, flectite genua*  
*Et post paululum dicit, leuate. Complete orationem*  
*vestram in unum, & dicit, Amen. Et reformis*  
*omnes, Amen.* Quæ argumenta sunt, om-  
 quicunque intererant, magna pietatis con-  
 sione Deo stas preces obrulisse.

*De repetitione omnium caeremoniarum  
 die baptismi.*

CAP. IV.

Omnes ce-  
 remoniæ  
 baptismi  
 die repe-  
 tantur.

Sequitur, ut doceam, omnes caeremonias  
 Sim, præsertim digniores baptismi die  
 peti consueuisse. Cuius rei multa argumen-  
 suppetunt, sed duo in primis: alterum, quod  
 multi Patres, Gregorius Magnus li. de factis  
 Author Ordinis Romani de die sabb. S. Ab-  
 nus Flaccus de Diuin. Offic. ca. de Sabb. Pater  
 Rabanus Maurus de Instit. cleric. c. 27. & S.  
 Iuo Carnotensis serm. de Sacrament. Neque  
 ac plures alij simul omnes caeremonias recita-  
 runt; ex quo sequitur, eas aliquando simul  
 nes factitatas, quod non nisi die baptismi  
 tingere potuit; alterum vero, quoniam om-

ceremoniarum, quas ante baptismum fieri so-  
litas, paulo supra probauimus, ipso baptisimi  
celeberrimi Patres meminerunt. Ac Ter-  
tullianus quidem lib. de spectacul. fidei profes-  
sionem in baptisimi fonte editam esse, demon-  
strat: cum ait: *aquam ingressi, fidem Christianam*  
*in lingua sua verba profiteamur.* Cyrillus vero Hiero-  
solymitanus catech. 2. mystagog. vñctionem  
baptisimalem, & fidei professionem cum vestiũ  
detractione baptisimi celebrandi causa aprè  
comunicat his verbis: *statim igitur ut ingressi estis,*  
*sepem exiistis, quod quidem exiit hominis antiqui*  
*cum operibus suis imago fuit: at que ita exuti, eratis*  
*nudi, imitantes in hoc eum, qui in cruce nudatus fue-*  
*rat. Christum deinde vero iam exuti, exorcizato oleo*  
*in unguis capillis ad infimos usque peruncti estis, &*  
*participes effecti fructifera illius olei Iesu Christi. po-*  
*stea deducebamini ad sanctum diuini baptisimi laua-*  
*rium: quemadmodum Christus a cruce ad destinatum*  
*sepulchrum ducebatur, atque tunc vnusquisq; inter-*  
*rogabatur, an crederet in nomen Patris, & Filij, &*  
*Spiritus sancti, & confessi estis salutarem confessione:*  
*& emersi estis in aqua, rursus emersistis: atq; ita per hæc*  
*symbola triduanam Christi significastis sepulturam.*  
Sætiã Ambrosius, postquam fidei profes-  
sionem recensuit, tum ipsam mentionẽ subnectit:  
scribit enim lib. 2. de sacram. cap. 7. *Interrogatus*  
*ut credis in Deum patrem omnipotentem? dixisti,*  
*credo, & emersisti, hoc est, sepultus es.* Idem facit  
Iaco Carnotensis serm. de sacrament. Neophyt.  
cuius quod renunciationem, atque vñctionem  
operadidit, post abrenunciatione, inquit, *ungitur*  
*catechumenus oleo sacro in pectore, ungitur & inter*

Repetitio  
cæremoni-  
arum cur,  
& quando  
abolita.

scapulas, exinde exquiritur ab eo, si credat in Deum  
Patrem omnipotentem, &c. (sub responsione tri-  
trina interrogationis trina mersione cæremoni-  
sordibus vetustatis abluitur. Plura testimonia  
iis, quæ de singulis cæremoniis ante bap-  
tismum adhibitis sigillatim diximus, sibi lecto-  
facile comparabit. Vnde vero causa huius  
suetudinis peti debeat, multi multa dicere  
sunt, verum illud aptius, & commodius  
videtur, ut ad infantes recens natos referatur.  
Nam, cum hi prioribus scrutiniis, in qua  
stata cæremoniæ fiebant, minimè adhibitis  
in baptismo eas repetere, necesse erat, ne  
nino sine cæremoniis abluerentur. Et, quod  
minimè fas videbatur, aliquam cæremoniam  
erga pueros adhibere. qua adulti cæremoniis  
& consuetudo introducta fuit, ut occidit  
puerorum adulti denno easdem cæremoniis  
reciperent. Atque ex hac ratione rursus  
gitur, hunc ritum simul cum adultorum bap-  
tismo desisse: quoniam parvuli iis cæremoniis  
quæ ante baptismum ad probandos cat-  
chumenos fiebant, nullo modo indigebant  
idque eas non ante baptismum fieri, sed in  
so baptismum, rectius visum est.

De baptismi forma.

C A P. V.

**D**E baptismi forma, qualis primis temporibus fuerit, si quicquam aliud, inter alios

thores discrepat: nec mihi satis facile est, hanc  
 quæstionem definire: cum & contra multos  
 Authores sentire, necesse sit, & ipse mihi pro-  
 poluerim, commendationem acquirere potius  
 probando mea, quam refutando aliena. Acce-  
 dit aliud incommodum, quod quæstionem  
 omnibus Theologis communem tractare nunc  
 primum cogor. qui de rebus ad solos ritus, at-  
 que antiquitatem pertinentibus semper antea  
 disputavi. Rem igitur istam fere in hunc mo-  
 dum aggrediar: primo aliorum sententiam  
 simpliciter refectam: tum subiectam meam: in  
 qua ipsa non fieri possit necnè, sed an factum  
 fuerit, dissetetur. Atque ut summam mei pro-  
 missi compleam, multi ita dicunt, Apostolos  
 Christi diuinitatem barbaris nationibus per-  
 suadendi potiore curam gessisse, atque adeo,  
 ut ea altius in hominum corde defigeretur, in  
 eius nomine baptismi sacramentum admini-  
 strasse: non quidem quasi ea legitima, & vul-  
 garis forma esset: verum ex diuina dispensa-  
 tione, quæ rerum formas, ac materias pro rei  
 opportunitate commutat. Nec desunt his Au-  
 thoribus rationes, quibus suam sententiam  
 firmare, ac stabilire conantur. primo occurrunt  
 varia ex Actis Apostolicis testimonia, cap. 2. 8.  
 10. 11. & 19. ubi baptismus *in nomine Christi*, aut  
*in nomine Domini Iesu* collatus perhibetur: tum  
 Sane Pauli maxime confirmat autoritas 1. ad  
 Corinth. 1. quando eos reprehendens, qui di-  
 cebant: *Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero  
 Cephe, ego vero Christi*, inquit, *diuisus est Christus?*  
*quid Paulus crucifixus est pro vobis: aut in nomine*

Apostolos  
 in nomine  
 Christi bap-  
 tizate,  
 quidam ex-  
 ultimarunt.

Baptizari  
in nomine  
Christi, &  
in nomine  
Trinitatis,  
nihil dif-  
ferre ali-  
quorū fuit  
opinio.  
Baptismus  
semper mi-  
nistratus  
fuit in no-  
mine Tri-  
nitatis.

Pauli baptizati estis? & ad Rom. 6. vbi loquitur  
prismatis mysteria exponens, an, ait, vultis  
fratres, quicumque baptizari sumus in Christo,  
quib. locis, baptismū in Christi nomine  
fuisse, deducunt Alij autē putant in Christi  
mine, aut sanctissimæ Triados baptizati  
ratione differre: quorum ea ratio est, quia  
Christum dicit, simul etiam Patris perlocutione  
quo vnctus est, & Spiritum sanctum, quo vn-  
ctus, significat. Sed vera, & germana ratio  
est, quam nos sequimur, baptismi forma  
cum expressis, distinctisque trium personarum  
sanctissimæ Triados, hoc est, Patris, & Filij,  
Spiritus sancti nominibus semper fuisse, ut  
in nomine idem fuerit, ac nominandō: nec  
quam Apostolos, vel qui post eos fuerunt  
communi forma, ac ratione discelsisse, nisi  
nim à Domino, & Seruatore nostro illius  
ceptum fuerat, cum Matth. vltimo inquit, in-  
tes, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine  
Patris, & Filij, & Spiritus sancti. in quo velle  
nomine Catholica Ecclesia, diuinitus edoc-  
optime intellexit, non virtutem, aut fidem in-  
dicari, sicut alijs scripturæ locis solet, Iohann.  
21. Matth. 16. & Marc. 14. sed tres personas  
sanctissimæ Triados distinctè nominandas esse  
quoniam eo loco Christus non solum prater-  
tum, sed etiam ritum, formamque baptizandi  
Apostolos docere voluit: sicut explicant  
Iustinus Martyr Apolog. 2. pro Christianis  
fidem, Leo Papa Epist. 4. ad vniuersos Siciliæ  
Episcopos cap. 3. Athanasius serm. 3. contra  
Arian. Ioannes Chrysostomus Homil. 16. in bap-


ad Roman. & Fulgentius lib. de Incarnat. cap. 11. Atque hac baptismi forma Apostolos semper usos fuisse, cum aliis locis pluribus, tum Actuum 19. facile probatur. Nam ibi Paulus, postquam aliquot Ephesios reperisset, qui se baptismi initiatos assererant, eos interrogavit: *si Spiritum sanctum accepistis credentes? at illi dixerunt: sed neque, si Spiritus sanctus est, audivimus.* tunc crucius Paulus interrogavit: *in quo ergo baptizati estis?* Quae interrogatio sine dubio declaratur, ne quivisse more solito, & ea forma, qua ceteri utebantur, non audito Spiritus sancti nomine baptizari: quia nimirum tunc baptismus absque Spiritus sancti invocatione, atque appellatione non daretur. Ergo etiam Apostolorum tempore in baptismi forma, distincta trium personarum invocatio fiebat. quod praecclare intelligens Beat. Paulus iterum eos baptismi Christi, & forma consueta initiari praecipit. Praeterea ipsorum canones id ipsum testantur: nam in 49. refellitur baptismus in Domini morte collatus: quia Christus non dixit, *in morte mea baptizate, sed baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: si quis, inquit, Episcopus, aut presbyter non trinam immersionem unius mysterij celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate: sed eantes, docete omnes gentes: baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Atque ob id Author Constit. li. 3. c. 16. de eadem rescribit. *deinde vel tu Episcopus, vel tibi subiectus presbyter, sacramentum super ipsos dicens, an nominans invocationem*

Patris, & Filij, & Spiritus sancti, baptizati in  
 aqua: & lib. 7. cap. 23. de baptismo & Spiritu  
 presbyter iam antea precepimus: ac nunc cum  
 cimus, quod baptizate debis, quem admodum in  
 nus precepi nobis, dicens: cunctes, docete omnes  
 tes, baptizate eos in nomine Patris, & Filij, &  
 ritus sancti, docentes eos seruare omnia, quae  
 vobis: Patris, qui misit: Christi, qui venit, &  
 qui testimonium dedit. Qui bus mire contentum  
 quae summi Pontifices multis locis decreuerunt  
 Clemens Papa Epist. 3. de Offic. sacerdotum  
 clericorum. praecipit, vt trium personarum  
 latione baptismum administrent: baptizati  
 autem, inquit, vnusquisque in aquis perennan-  
 mine trine beatitudinis super se inuocato. Petrus  
 cap. si reuera, & multi sunt de consecrat. dicitur  
 4. baptismum, in Christi nomine datum  
 tum esse vult. Zacharias autem cap. 4. de  
 eadem distinct. baptismum non nisi in  
 Patris, & Filij, & Spiritus sancti confertur  
 definit. Accedit ratio, quoniam distinctio  
 sanctissimae Triados, tanquam dignioris  
 qua versatur, ac velut fundamenti, causa  
 principalis tam baptismi, quam ceterorum  
 mysteriorum nouae legis semper ad saltem  
 necessaria fuit: baptismus autem modo  
 sacramentum, modo Ecclesiae ianua nota-  
 nus a diuinis literis, quam a sanctis Patribus  
 appellatur. Ergo in solo Christi nomine ap-  
 stolos baptizasse, veritati minime conformis  
 neum est: cum in eo tres sanctissimae Triados  
 personae nequaquam exprimantur. siquidem  
 Christus, vt Deus, se ipsum vnxit, vt hominem  
 liquet.

etque profelsio Patris vngentis non satis ap-  
 pareat. vngi quoque Spiritu sancto, solum per  
 quandam accommodationem dicitur: re-  
 ueta enim Christus ipsomet Verbo, atque e-  
 ius diuinitate vnctus est. Non negaue-  
 rit tamen, probabile videri, Christi, aut Ie-  
 su, aut Iesu Christi nomen aliquandiu appo-  
 situm fuisse, addito item Domini nostri, sed non  
 omisso Patris, & Spiritus sancti nomine, hac  
 forma, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij e-  
 ius Iesu Christi Domini nostri, & Spiritus sancti:  
 quemadmodum Authores contrariae sen-  
 tentiae volunt, eius nomen gratius, atque ama-  
 bilius humanae infirmitati contingeret. Atque  
 hanc sententiam Actorū, & S. Pauli locis sub-  
 esse, B. Cyprianus testatur Epistr 73. ad Iubaia-  
 num, vbi verba Actor. 2. paenitentiam agite, &  
 baptizari unusquisque vestrum in nomine Domini  
 Iesu Christi in remissionem peccatorum, sic expo-  
 nit: Iesu Christi mentionem facit Petrus, non quasi  
 Patremmitteretur, sed vt Patri quoque Filij adiun-  
 gatur. Denique vbi post resurrectionem à Domino  
 Apostoli ad gentes mittuntur; in nomine Patris, &  
 Filij, & Spiritus sancti baptizare gentiles iubentur.  
 Quomodo ergo quidam dicunt foris extra Ecclesiam,  
 & contra Ecclesiam, modo in nomine Iesu Chri-  
 sti obsequi, & quomodocunque gentilem baptiza-  
 tum remissionem peccatorum consequi posse: quando  
 esse Christus gentes baptizari iubeat in plena, &  
 aduata Trinitate? Eodem modo etiam illa in-  
 terpretantur SS. Fulgentius lib. de Incarnat. &  
 gat. cap. 11 & Augustinus 3. contra Maxim. c.  
 17. cuius optima illa ratiocinatio est: quod, si

Baptismus  
 in nomine  
 Christi  
 quomodo  
 accipiendus.

Curia bap-  
 tismi for-  
 ma nomen  
 Christi ad-  
 decetur.





cut ex verbis Ioann. 1. omnia per ip[su]m facta sunt  
 & sine ip[s]o factu[m] est nihil, colligere n[on] debet  
 Spirit. sanct. ab opere creationis exclusu[m]  
 istis baptizetur unusquisque vestrum nomine  
 mini nostri Iesu Christi, concludi non potest  
 Patris, & Spiritus sancti nomine baptizati  
 fuisse: quia licet in nomine Iesu Christi bap-  
 tizati fuerint, tamen vna persona alius con-  
 cludit. quod si hęc responsio omnem diffi-  
 cultatem penitus haurire non videtur, libera-  
 tori erit, quam malit. ex sequentibus etiam  
 dici enim potest, Christi nomen nihil aliud  
 quam institutionē significare: quem admodum  
 ex loco Act. 19. perspicuum est. vbi statim  
 dicit. His audientibus, statim baptizati sum in nomine  
 Iesu, hoc est, baptismo Christi in nomine  
 quia antea solo Ioan. baptismo fuerant bap-  
 tizati. Hęc quoque sententia commode subter-  
 test: vt ij, quos ad Christum conuertendi  
 zari, mandabant, Christi fidem ante bap-  
 tizari, distincte, atque expresse profiteretur: et  
 minis expressio in illis verbis ad bap-  
 tizantes referri debeat quod in  
 videtur Act. 8. de Eunucho baptizato: ibi  
 ibi sic legitur. & ait Eunucho: ecce aqua. quod  
 prohibet baptizari dicit ei Philippus, si crederis  
 corde: & respondens ait: credo filium Dei esse  
 Christum: & iussit stare currum, & descendit  
 utriusque in aquam, Philippus, & Eunucho: &  
 tunc ait eum. hic enim satis exprimitur, quod  
 do Eunucho. in nomine Iesu Christi, hoc est  
 eius fidei expressione salutari lavacro bap-  
 tus fuerit, & rursus ibidem: cum ego crederem

Aliz expli-  
 cationes  
 baptizati in  
 Christi no-  
 mine colla-  
 ti.

Philippo euangelizanti de regno Dei, in nomine Iesu  
Christi baptizantur viri, ac mulieres. quo loco vi-  
detur licet, in nomine Iesu Christi, hoc est, creden-  
tes Philippo de eius nomine differenti, bap-  
tizatos esse. quo loquendi genere S. Paulus e-  
tiam in epist. ad Galat. 3. vltus videtur, cum in-  
quit: quicumque in Christo baptizati estis, Christum  
habetis: significare enim volebat, in Christi fi-  
de, non alia tamen forma, quam saluator præ-  
ceperat, vitalibus aquis expiatis fuisse. quare  
S. Iohannes Damascenus lib. 4. de fid. cap. 10. in  
Christum, inquit, baptizatum esse, nihil aliud indi-  
cat, quam in eum credendo, salutifera aqua tingi. Vt  
et in Christi nomine vis efficiendi eius intelli-  
gitur: vt sensus sit, baptismum, sicut cætera sa-  
cramenta, suum robur à Christo Saluatore ac-  
cepisse. Quod, sicut veritati maxime consenti-  
entem est, ita græco textui non repugnat: in  
quo enim τὸ ἰσχυρὸν legitur: quæ præpositio  
causam, ac veluti fundamentum significandi  
vni habet. Apud Matthæum vero vltimo, cum  
baptismi formam in trium personarum expres-  
sione Christus Apostolis tradidit, ἐστὸ ὄνομα  
habemus: quod non causam, aut vim, sed ap-  
pellationem significat. Aut demum in Christo  
baptizati esse dicimur, quod ita simus bap-  
tizati, vt in Christum cooptati simus, & ei capiti  
tanquam membra connexi, & copulati. Cæte-  
rum etiam Apostolus interdum solius Spiritus  
sancti in baptismo meminit, vt cum 1. ad Co-  
inth. 12. inquit: omnes in vno Spiritu baptizati su-  
mus, nec tamen quispiam dixerit, perfectum bap-  
tisma fuisse, in quo solū sancti Spiritus nomen



inuocaretur. Quare de baptismo in virtute  
sanctificatione Spiritus sancti accipienda  
quemadmodum S. Basilius lib. de Spiritu  
12. exponit. Atque ex his omnes aduer-  
sum argumentationes facile refellantur  
quicquam prodest ad dispensationem con-  
gere: nam, si qua fuisset, eius Apostoli  
Patres meminissent.

*Solius immersionis baptismum olim in  
vfu fuisse.*

CAP. VI.

**Q**uoniam vero in hoc sacramento  
ministrando singularis quædam ab  
ratio seruata fuit; iccirco eius quoque  
consuetudinem necessario lectoribus  
dam existimauit; tum ut ij, quibus veterum  
perferuari in animo est, illos vere, & per  
intelligant: tum ut falsam opinionem  
quæ plerosque mortales obtinet, olim in  
clesia receptum fuisse: vt baptismus aqua  
fusione, vel asperione conficeretur. Quod  
proferi, & docere nõ desinam, sola in  
mersione, si necessitatis vsum excipias, in  
clesia baptizari licuisse. Nam diuina  
rarum peritis dubium non est, Christum  
Apostolis præcepit, *⁹ euntes, docete omnes  
baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus  
sancti, verbo baptizantes mersionem esse  
intellexisse, Quod quidem ex S. Chrysostomo*

Baptismus  
solum per  
immersio-  
nem olim  
in vfu, præ-  
terquam  
necessitatis  
tempore,  
⁹ Mat. 28.  
Baptismus  
per immer-  
sionem à  
Christo  
præceptus.

...boritate colligitur hom. de fide in Patrem,  
 ...& Spiritum sanctum. cum inquit :  
 ...mysteris veluti sigillum imponens Domi-  
 ...in tribus mersionibus aque unum baptisma dis-  
 ...sus tradidit, dicens, euntes, docere, &c. item  
 ...ex illo Pelagij loco apud Gratianum de  
 ...lectat dist. 4. multi sunt, qui in nomine solum-  
 ...Christi una etiam immersione se asserunt bap-  
 ...tismi. Evangelicum vero preceptum, ipso Domino,  
 ...salvatore nostro Iesu tradente, nos admonet, in no-  
 ...mine Trinitatis, trina etiam mersione, sanctum bap-  
 ...tisma unicuique retribere, dicente Domino discipulis  
 ...Iesu, baptizate omnes gentes in nomine Patris,  
 ...et Filij, & Spiritus sancti. Uterque enim Chri-  
 ...stianorum preceptum de triplici mersione, que in bap-  
 ...tismo fieri solet, videtur intellexisse: ut dubi-  
 ...tandum nullo modo sit, quin ipsam quoque  
 ...mersionem eodem precepto contineri arbi-  
 ...trentur. Proinde sapienter, ut ego quidem exi-  
 ...stimo, Hieremias Constantinopolitanus, vir  
 ...in antiquis ritibus versatissimus, superio-  
 ...rum Patrum opinioni insistens, omnem a-  
 ...spersionis usum a veteri Ecclesia adimit. &  
 ...quamquam diverso fundamento utitur: ta-  
 ...men, non secus ac illi mersionem a Dei pre-  
 ...cepto derivasse, longa oratione contendit. Sic  
 ...cum habet resp. 2. cap. 4. certe qui non est regene-  
 ...ratus aqua, & Spiritu, non potest vitam ingredi, &  
 ...evadit mortem illius, ut pari resurrectione resurga-  
 ...mus, & regni heredes fiamus, tripliciter coronati,  
 ...quando Trinitas accinitur, tribus immersionibus, non  
 ...trina infusione utentes. baptizabant enim veteres, non  
 ...manibus suis aquam baptizando aspergētes, sed trina

Baptismus  
 per asper-  
 sionem in  
 Ecclesia  
 minime in  
 usu.



immersione, hoc Euangely sequentes: asperit  
 ergo ante de/cenderat: ecce immerso, non asperit  
 que hinc natum, facile omnes intelligunt  
 quoties aliquis ob aduersam valetudine,  
 que ad exitum vergentem, aqua asperit  
 vel infusione aeternae saluti confuleret, hoc  
 sacramenti bonitate veteres Patres dixerunt  
 quod facit Magnus apud S. Cypr. Ep. 74. ad  
 de. Nam, cum ille sententiam huius fignificati  
 re rogauisset, aequae verum baptismum esse  
 per asperisionem in lecto fit, atque qui per  
 merisionem in Ecclesia, Cyprianus scribit  
 verbis: *quaesisti etiam fili carissime, quid modum  
 videatur, qui in infirmitate, & languore graui  
 consequuntur, an habendi sint legitimi Christiani,  
 quod aqua saluari non loti sint, sed per asperit  
 parte nemini verecundia, & modestia nostra  
 dicat, quo minus vni quisque, quod putat, sentiat  
 quod senserit, faciat. Nos, quantum conuincit  
 critas nostra, aestimamus, in nullo mutari, & pe  
 litari posse beneficia diuina, nec minus aliam  
 posse contingere, vbi plena, & tota fide & deu  
 sumentis accipitur, quod de diuinis muneribus  
 tur. & infra, dum contra sententiam  
 menta dilueret, ac praecipue, quod ex diu  
 rum arcanorum conscij, & internuncij Eccl  
 lis autoritate colligi poterat: nec quomodo  
 mouere debet, quod aspergi, vel perfundi videtur  
 gri, cum gratiam dominicam consequuntur, quae  
 scriptura sacra per Ezechielem prophetam loquitur  
 & dicat: *Aspergam super vos aquam mundam*  
 &c. rursus ibidem: vbi suam ipse sententiam  
 Christianae pietatis, & modestiae plenam*

Baptismus  
 asperio-  
 nis & In-  
 fusionis  
 num esset  
 legitimus,  
 aliqui Pa-  
 tres dubi-  
 tauerunt.

ponit : iccirco quantum fide concipere, & credere nobis datur, mea sententia hac est, ut Christus indicetur legitimus, quisquis fuerit in Ecclesia legitime, & iure fidei divinam gratiam consecutus. Et si aliquis existimat, eos nihil consecutos eo quod non salvari tantum perfusi sint, sed manes, & vacillantes non decipiantur, ut si incommodum languor caluerint, & conualuerint, baptizentur. Neque mirandum est, Magnum eius baptisimi integritatem in dubium vocauisse: cum, sicut est, probabilis ea tempestate opinio multorum foret esse videretur: quod indicant eiusdem Constantini verba ibidem; cum, post expositam suam sententiam, reliquis Episcopis de hac re, quod velint, sentiendi, & statuendi liberam facultatem relinquit, rescripsi, inquit, fili carissime ad literas tuas, quantum parua nostra mediocritas valuit, & ostendi, quid nos, quantum in nobis est, sentimus, nemini prohibente, quo minus statuatur, quod iuras, unusque prepositus. Immo etiam Nicephorus sua adhuc ætate pro definito habuisse non videtur. Nam lib. 1. suæ hist. narrans, Novatianum quendam, cum in iuuentute à spiritu immundo vexaretur, atque adeo apud Exorcistas ageret, in morbum grauem incidisse: cumque iam animam efflaturus esset, in lecto perfusum fuisse, in hunc modum edisserit: aquam petiit, qua in ipso lecto iacet, ut decubebat, perfusus, baptizatus scilicet est: siquidem tinctionem huiusmodi baptisimū vocare licet. Vbi verba, tinctionem huiusmodi, dubium cadere super modum abluendi, non quod aliud defuerit, facile omnibus declarant. Sed tamen mihi id obijcitur, quod Actor. 2.

legimus, S. Petrum vno die tria hominum  
 lia baptizasse. Ex quo videtur fieri, vt aqua  
 spersionem adhibuerit. Cui sic responsum  
 lo, nec multo facilius esse, aqua aspersio  
 strari, quam in aquam mergi: quonia vtriusque  
 certa forma, & trina ablutione vtendum  
 nec insciandum, quin dies æstiuæ, quo ore  
 pore Petrus baptizauit, trium millium merito  
 ni sufficiat: cum præsertim Apostolorum  
 te multæ cæremoniæ, quæ nunc baptismum  
 protrahunt, in vsu non essent: & non  
 post, quando ipse cæremoniæ ad decus, & so  
 nitate additæ sunt, vnusque solum tum  
 fons, tum baptizans in singulis vrbibus  
 Paschatis, & Pentecostes diebus, sæpe  
 hominum millia veteres Patres baptismo  
 signarint. Quos tamen immersione  
 vlos fuisse, ex ipsorum scriptis, & vsu Ecclesie  
 constat. Nam Constantinus Imperator  
 dicto suo ad Syluestrum Papam, quod  
 Christi na edixit, suummet baptismum  
 replicans, immersione ante oculos proponit, &  
 inquit: *benedictoque fonte, illic me trina  
 vnda salutis purificauit.* Et S. Cyprianus  
 maus, alius sub eius nomine, lib. de Passio  
 Christi, cum efficientiam signi crucis aduersus  
 dæmones, & vsum eius in septem rebus  
 contra Nouationos obiter indicaret, pariter  
 ferre, quales baptismatis ministri habeantur,  
 docet in hæc verba: *denique quicumque sint  
 mentorum ministri, qualescunque sint manus, qui  
 vel mergunt accedentes ad baptismum, vel con  
 qualescunque pectus, de quo sacra excent*

Liber de  
 passione  
 Christi S.  
 Cypriano  
 falso ad  
 scriptus.

operationis auctoritas in figura Crucis omnibus sacra-  
mentis largitur effectum, & cuncta peragit nomen,  
quod omnibus nominibus eminet, à sacramentorum  
veteris invocatum. Ex quibus collige, nō solum  
infantes, sed etiam adultos in aquam merge-  
re, moris fuisse.

Etiā ad-  
ulti per im-  
mercionem  
baptiza-  
bantur.

Baptizandos, de pondere sublato, à ministro mersos  
fuisse: rectos, & stantes mergi solitos; totumque  
humini corpus in aquam mersum esse; ac  
ibidem de leuis tinctionis  
origine.

CAP. VII.

Qvod ut admodum graue, ac laboriosum  
ministris fuerit, tamen plerumque nul-  
lum adiutorem, vel socium sibi asciscabant:  
vetum hominem de pondere sublato, atque  
in sua brachia elatum; soli in aquam demitte-  
bant, quemadmodum multis coniecturis fa-  
cile assequi possumus. Primo, quia Patres ipsā  
merstonem describentes, solius ministri me-  
morerunt; vt S. Dionysius Areopagita cap. de  
baptismo: Hierarcha autem in loco superiori stans,  
cum rursus sacerdotes ad aquas sub Hierarcha manu,  
erat, qui initiatur, nomen citauerunt, ter quidem il-  
lum demergit: Constantinus Imperator in edi-  
cto ad Syluestrum: leuatoque me de venerabili fon-  
te, induto vestibus candidis, septiformis gratia sancti  
spiritus: consignationem adhibuit, beati chrismaris  
vocatione: Seuerus Alexandrinus lib. de baptis-

Baptizag-  
dū de pon-  
dere subla-  
tum mini-  
ster solus  
in aquam  
mergebat.



mo: ponit sacerdos oleum oliuae in dola manus  
 rotumque corpus eius, qui baptizatur, inq[ui]t, & a  
 mittit illum in baptisterium, resuscitans ad o[mn]ia  
 Simeon Metaphrastes de martyr S. Steph[ano]  
 tifi. cum autem venisset hora vespertina, beatus  
 aque in eo loco, quem pastoris titulum memora-  
 se, diximus, itaque Nemesium in aquam demis-  
 baptizavit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus  
 sancti: pluresque alij, quorum auctoritates  
 rum sacrarum monumenta consulentibus  
 promptu erunt, tum quia secus baptismi for-  
 ma, ego te baptizo, mendax, & falsa fuisse, si-  
 lij, quam minister, ad mergendum conce-  
 sent. potius enim plurali numero, quam singu-  
 lari utendū fuerat: sicut omnibus ratione pro-  
 ditis perspicuum est. quare, cum baptismi for-  
 mam eo, quo diximus, modo conceptam fuisse,  
 se, nullus, quem ego sciam, adhuc dubitavit  
 lud efficitur, ut ad mersionem peragendam mi-  
 nister nulli<sup>o</sup> opera usus fuerit. quod si cuiquam  
 honestati repugnasse videtur, ut Episcopus  
 ptismi legitimus minister ipsum baptizantem  
 brachiis, vel manibus versaret, cum praeter  
 nudi ad baptismum accederent, & etiam ma-  
 lieres sacris baptismalibus ab eodem immo-  
 rentur: eum parum sapere, necesse est: qui  
 Ecclesiae surgentis mores aureos ignoret: qui  
 nunquam legerit, nudos & daemones carere  
 humani generis hostibus nuncium remissis  
 & sacro oleo delibutos esse. quae cum a publica  
 religionis cultoribus sine pudoris iactura pro-  
 starentur, non est, cur in re pari honestatem  
 desideremus. Et si rursus obiiciat, in amantem



Baptizandi  
stantes, &  
recti in a-  
quam mer-  
gebantur.

Quæri autem hic potest, num trāsuerū, quom-  
admodum mos recens tenet, an stantes, ac ce-  
cti, in aquam mergerentur, & an aliquam por-  
do corporis partem, an vero totum mergerent.  
solenne esset. De quibus quid veterum Pat-  
lectio, vel coniectura mihi suppediet, in me-  
dium afferam. primum quidem à scriptura  
traditum non est: sed erectos, & cellos, ped-  
bus in lauacrum præeuntibus, mergi solere,  
ex Ioanne Mosco videor collegisse. Nam in  
cap. 176. Prati spiritualis memorat, Hebræam  
quendam, multis Christianis comitantibus, in  
Eremum peruenisse, vbi cum partim maximo  
caloribus, partim siti diuturna vsque ad super-  
num spiritum laboraret, sacrosanctum bap-  
tismum flagitauit. cui cum morem gerere loci  
quod in Ecclesiasticum ordinem cooperari non  
erant, & aqua deerat, diu recusassent: tandem  
multis, & sæpe iteratis precibus fatigati, ne in-  
ternis suppliciis deuotus ex hac vita decederet,  
decumbentem in lecto in pedes erectis,  
deficienteque aqua, super caput arenam effu-  
dentes, in Christianorum numerum retulerunt.  
nolite, inquit, pati, vt Hebræus moriar; sed tanquam  
Christiani facite mecum misericordiam: & baptizate  
me, vt Christianus de hac vita exeam, & ad Deum  
pergam, nos vero dicebamus ei, vere frater,  
non licet nobis hoc facere: seculares enim sumus, &  
autem Episcoporum, & presbyterorum opus est: &  
neque aqua hic est. ille vero persistebat similiter, &  
iurans nos, & plura etiam cum lachrymis adiecit,  
ac dicens: nolite Christiani me priuare hoc diuinitus  
indulto munere. cum ergo in magna hæsitatio esset,

Indurimus ille, diuinitus inspiratus, ait nobis: e-  
 xite illum, & exiite. ereximus itaque cum magno  
 labore illum, erectumque tenentes exiimus. Indu-  
 rimus autem ille, implens ambas manus suas arena,  
 tertio effudit super caput eius, dicens ita: baptizatur,  
 &c. licet autem constet, propter aquae defe-  
 ctionem, illud verè baptisma non fuisse: tamen  
 illi legitimum baptismum se conferre, putau-  
 erunt: atque ita receptas, ac solitas caeremonias  
 adhibere: sicut legentibus patet, qui sane fru-  
 strâ hominem, animam agentem, in pedes ere-  
 xissent, nisi stantes baptizari, communis Ecclē-  
 siæ consuetudo postulasset. Verum apertius  
 testimonium præbet baptismi S. Augustini,  
 Deodati, & Alypij imago, quam in æde S. Au-  
 gustini religioni consecrata videmus, vbi tres  
 eximie virtutis, & sanctimonie viri à Beato  
 Ambrosio stantes abluuntur. quanquam author  
 in eo manifestè falsus est, quod infusionis bap-  
 tismum expressit: cum is solummodo, neces-  
 sitate postulante, conferretur. De altero vero  
 nullus ambigendi locus superest, cum perspi-  
 cuit sit, totum hominis corpus in aquam mer-  
 sum fuisse. Nam & verbum, *mergo*, siue *baptizo*,  
 id apertè significare videtur, & Patres, dum  
 mentionem in baptismo suis scriptis tradide-  
 runt, nunquam partis alicuius sigillatim me-  
 minere. quod argumento est, totum corpus,  
 nulla parte excepta, mergi solitum esse. Dein-  
 de quia si solum corporis pars in aquam mer-  
 sa fuisset nihil obstitisse videretur, quò minus et-  
 iam ærotis baptismus per quæ mersionē dari  
 potuisset, quoniam non maius periculum, vel

Baptizandi  
 totum cor-  
 pus in aquâ  
 mergeba-  
 tur.

damnum ægrotanti affertur: si manus, arpe-  
des in aquam mergas: quam si aqua in eorum  
fundatur, aut aque aspersione tingantur, æ-  
grotos mergi non licuisse, locus ex Cyrena  
allatus, multiq; alij præterea facile declarant.  
Igitur totum corpus in aquam merum esse  
tendum est. Accedit etiam quod Prudentius  
Psychomachia, scribens non de cere Christi-  
num, post Crucis signum, chrismate in fronte  
ipsius inscriptum, & post candidam in bo-  
mo sumptam, molli, & luxurioso mitræ, ve-  
que ornamento uti, pectoris in aquam meri  
mentionem facit. Quare, cum erecti, sicut  
ctum est, in aquam mergerentur, pectus, ve-  
ter pedes, & caput modico intervallo continen-  
tum sit: non potuit pectus in aquam mergi,  
quin pedes, & crura, cæteræque partes infima  
mergerentur. Quod si omnes partes videntur  
pectus mergi solitas, fatendum est: cur non in-  
meros, brachia, aut caput, de quibus multa  
gillatim testimonia leguntur, eidem legemur  
damus? Prudentij verba, quæ ad hunc locum  
pertinent, hæc sunt:

*Quis furor insanas agit at caligine mentes?  
Ut mitra casariam cohibens aurata virilem,  
Conbibat infusum croci, o religamine nativum,  
Post inscripta oleo frontis signacula; per que  
Vnguentum regale datum est, & chrisma perit  
Ut tener incessus vestigia hymate verat,  
Sericaq; infra æthæ fluitent ut pallia membris,  
Post immortalem tunicam, quam pallio dicto  
Texuit alma fides, dans impendibile regnum  
Pectoribus lotis, dederat quibus illa renasci.*

Simile est, quod multi Patres hominem in baptismo mergi testantur: Tertullianus lib. de bapt. quoniam tanta simplicitate sine pompa, sine apparatu novo atque, denique sine sumptu homo in aquam demissus, & inter pauca verba inelus, non multo, vel modo mundior resurgit: Augustinus serm. 201. de tempore, mysterium Trinitatis in sacramento baptismati demonstratur, dum tertia vice verus homo mergitur, ut nouus surgere mereatur: Paulinus Nolanus in epigram. Epist. 12. ad Seuer.

*Mira Dei pietas, peccator mergitur undis:*  
 & Theophylactus ad cap. 3. Iohannis: Symbola sepultura, & resurrectio, in aqua illa perficiuntur, tres meriones triduanæ sepulturae symbola sunt: donec regreditur homo, sicut Dominus fulgidior & clarior, in corruptionis ferens indumenta, qui in aquam corruptionem submersit. certum enim est, hominis vocem non partem aliquam, sed totum corpus significare. Præterea Paulinus in alio epigrammate eiusdem Epistolæ, hominis partes, quæ in baptismo abluuntur, innuens, membra appellauit:

*Aluis quicunq; animas, & membra lauacris.*  
 quod nomen, plurali numero usurpatum, non solum caput, verum etiam alias partes merfas fuisse, declarat. Et si alia argumenta, vel coniecturas requiris, Seuerum Alexandrinum consule lib. de bapt. qui ipsam mentionem explicare aggressus, omnes ferè partes enumerat: nec, inquit, attollit ex aquis à fronte, à torgo, & altera laterum eius, vbi clare intelligimus, partium multitudinem post baptismum, ab aquis elatam esse, si vero baptizatus extollebatur: certe quoniam merfus fuerat: quod si a fronte,

à tergo, & lateribus mergitur: quod, obiectum  
 quod mergeretur, superfuit. Sed nihil apertum  
 S. Augustini auctoritate, ex eius hominibus  
 neophytos ab Iuone Carnotensi, & Gratiano  
 relata: in hoc ergo fonte, antequam nos  
 tingeremus, interrogauimus, credidisti Deum  
 possumus etiam ex S. Gregorio Nysseno  
 hac consuetudine certum aliquid elicere.  
 Oratione de sancto baptismo homines  
 Christi Domini exemplum secutos, cum baptizati  
 bantur in aqua abscondi solitos, his verbis  
 clarat: nos baptisma assumentes ad imitationem  
 Christi Domini, & doctoris, & preceptoris nostri in terra  
 dem non sepelimur, sed ad terram cognatam  
 tum aquam venientes, in illa, sicut saluator  
 nos abscondimus. Quibus cognata sunt, quae  
 Iuonius Carnotensis Episcopus ad Adeodatum  
 abbitin hanc formam: sicut Dominus noster  
 Christus tribus diebus, & tribus noctibus corpus  
 sub terra sepulchro conditus fuisse describitur: nos  
 quoque sub cognato terra elemento, trina vice demerimus  
 peritur: ac sic vitæ imitatione mysterij, dum demerimus  
 gitur, sepelitur, dum educitur, suscitatur. Nec  
 ferunt Honorij Augustodunensis verba de  
 de cœna Domini: tri duo Domino conspersione  
 ter undis immersi, quasi terra operimur. Si enim  
 condendi, vel operiendi vocem consideremus  
 tum corpus mergi solitum esse, nullus qui  
 næ linguæ expertus non sit, inficiabitur. Multa  
 præterea aliæ coniecturæ ad huius moris con-  
 firmationem adduci possunt: velut, a Simone  
 Metaphraсте, cum de Constantini baptismo  
 loqueretur, aquæ pelliculis: quæ ex vicibus  
 exciderat  
 entem, in  
 natis, qua  
 pascuntur,  
 ebile no  
 in bapti  
 tura, vi  
 hiffet: a  
 velle an  
 pcoribus  
 hanc. Pa  
 Manro.  
 hant at  
 pante e  
 er sanac  
 formula  
 ex his ig  
 siaccura  
 dubium  
 a sum m  
 gere sole  
 nem nos  
 moies ex  
 in dies m  
 penitus  
 telatur  
 do in sal  
 tunc. Ap  
 crmina  
 Romæ  
 manifest  
 Ms. quæ  
 Cyprian

exciderant, plenæ mētionem factam esse: aqua  
 inquit. de vit. S. Syluestri, piscina erat ple-  
 naria, quæ ex vlcibus exciderant, membranis, ac  
 resurris, non secus, ac squammis piscium: cum cre-  
 dibile non sit, tantam pellium multitudinem  
 in baptisimi fontem excidisse, nisi totum cor-  
 pus, unde excidere poterāt, in aquam mersum  
 fuisset: ac, dum de mersione sermo est, surgendi,  
 vel leuandi, aut exeundi verbum à veteribus scri-  
 ptoribus, Albino de Diuin. Offic. cap. de sabb.  
 Pasch. vt autem surrexit à fontē, Rabano  
 Mauro. lib. 1. de Institut. Cleric. cap. 28. liniat  
 bat. itum leuatum ex aqua, Simeone Meta-  
 phrasite de vit. S. Syluestri. exiit itaque Imperator  
 ex lauacro, ac aliis vsurpatū fuisse, quæ loquendi  
 formula toti corpori, non vero parti tribuitur.  
 Ex his igitur siue coniecturis, siue testimoniis,  
 si accuratè à lectoribus considerentur, nemini  
 dubium esse potest, quin ministri baptizandū  
 a summo vertice ad imos pedes in aquam mer-  
 gere solerent: significantes proculdubio, om-  
 nem noxam, quam vel per Adæ peccatum ho-  
 mines ex origine contraxerunt, vel sua sponte  
 in dies multifariam concipiunt, baptisimi aqua  
 penitus tolli: quemadmodum S. Augustinus  
 testatur homil. 91. de tempore his verbis: quan-  
 do in saluari lauacro tertio Christiani merguntur,  
 tunc Aegyptij, id est, originalia peccata, vel actualia  
 crimina quasi rubro mari sepeliuntur. Atque hoc  
 Romæ adhuc vsitatum etate Sancti Gregorij,  
 manifestum fit ex ipsius sacramentorum libro  
 Ms. quem citat Pamelius in Epistolam 76. S.  
 Cypriani ad Magnum. Idq; ab Angelis, Græcis,

Mersio to-  
 tius corpo-  
 ris in bap-  
 tismo quid  
 significaret

Consuetu-  
 do mergē-  
 di totum  
 corpus in  
 baptisimo  
 durauit vs-  
 que ad tē-  
 pora S. Gre-  
 gorij, &  
 nunc etiam  
 durat mul-  
 tis in locis.

69



& Moscovitis etiam num obseruari, Erasmus  
ad marginem eiusdem Epistolæ, Hieronymus  
Constantinopolitanus respon. 2. cap. 4. Sicut  
mundus Liber Baro de reb. Moscovit. tra.  
bapt. & Ioannes Faber de religione Moscovi-  
tarum præclarè notaue runt. cum ab Ecclesia  
Occidentali primum obseruari ceperit  
suetudo leuis tinctionis, qua nunc vniuer-  
siterenitatem nempe infantum, cum iam ma-  
simus esset adultorum baptismus, quod  
dit post tempora Caroli Magni, ac Ludouici  
Pij, circiter annum Christi nati 875. Vt non  
merito ridere possimus Eunomianorum he-  
tiam, qui, infernas corporis partes fœdè  
rati, solum vsque ad pectus aqua tingunt  
sicut tradit Theodoretus li. 4. hæretic. falsæ  
cap. de Eunomio, & Actio his verbis: *per  
tem baptizantes, ad pectus vsque aqua man-  
ciunt: reliquis autem partibus corporis, tanquam  
minandis, aquam adhibere prohibent.* quoniam  
iam abluendi modum ibidem legere possi-  
mus, sed ita teter est, vt eum fugiat, & ter-  
midet oratio.

Leuis tin-  
ctionis  
mos cur &  
quando in-  
troducitur.

atque in  
quibus  
quod ut  
biap. omni  
trod. qd

imp. no.  
- q. yin. d.  
- m. ot. i.  
- ni. cap. 10.  
- om. h. d.  
- h. p. i. c. h.  
- d. h. s. u.  
- d. d. s. t. y.  
- & h. g.  
- r. u. s. o. u. s.  
- h. o. m. a. h.  
- m. o. t. a. u.

Vnica ne, an trina immersio fieret, utrumque quesitum. & præ locorum diversitate varie affirmatum; ibidem ad unamquamque versionem unum Trinitatis nomen recitatum esse.

CAP. VIII.

Utrum vero vnica, an trina immersio fieret, nihil certi responderi potest. Vtrius enim modo quondam in Ecclesia baptismum vere confectum esse, ex S. Gregorij Epist. 41. ad Leandrum Episcopum, & Concilio Toletano 4. cap. 5. satis apparet. Distinguenda igitur sunt tempora, & præ regionum, vel locorum varietate, vel vna, vel trina immersio est affirmata. Atque illud præcipuè monere placet, ex Apostolorum traditione diu in Ecclesia seruatum, ut qui ad fidei sacramentum accederent, ter in aquam mergerentur. quod à S. Basilio didici de Spiritu sancto ca. 27. cum inquit: iam ter immergi hominem, unde est traditum? reliqua item, quæ sunt in baptismo, veluti, renunciare satana, & Angelis eius, ex qua scriptura habemus? nonne ex primata, & arca traditione? S. etiam Hieronymus eandem opinionem sequitur Dialogo aduersus Luciferianos his verbis: an nescis, etiam Ecclesiam hunc esse morem, ut baptizatis postea manus imponatur, & ita invocetur spiritus sanctus?

Q q ij

immersio trina, ac vna in vsu.

Trina immersio ex Apostolica traditione.

exigis, ubi scriptum sit: in Actibus Apostolorum  
 etiam si scriptura auctoritas non subest ratio  
 in hanc partem consensus instar præcepti detinetur  
 nam & multa, quæ per traditionem in Ecclesia  
 uantur, auctoritatem sibi scripta legis uoluntatem  
 uelut, in lauacro ter mergitare, &c. Immo alii  
 luerunt, ex Christi præcepto ad posterum  
 manasse: cum baptismi sacramentum in  
 E quorum numero est S. Iohannes Christus  
 mus Homil. de fide in Patrem, & Filium  
 Spiritum sanctum: ubi in baptismi tribus  
 mysteriis enucleandis occupatus, cum illa  
 gnitatem Auditoribus ostenderet, in quo  
 nibus mysteriis ueluti sigillum imponens Domini  
 in tribus personibus aquæ unum baptismum  
 lis suis tradidit, dicens, euntes, docete, &c. & Petrus  
 apud Gratianum de consecra. dist. 4. dum  
 rum de hac re sententiam, atq; opinionem  
 prendit: multi sunt, qui in nomine solum  
 Christi una etiam immersione se afferunt bapti  
 Euangelicum uero præceptum, ipso Domino, et  
 uatore nostro Iesu tradente, nos admonet, in  
 Trinitatis, trina etiam immersione sanctum  
 unicuique tribuere: dicente Domino discipulis  
 ire, baptizare omnes gentes in nomine Patris, et  
 ly, & Spiritus sancti. Quicquid autem sit de  
 ditione uel præcepto, nemini dubium esse  
 bet, quin ab ipsis Apostolis sæpe idem tradi  
 fuerit. Nam can. 49. Episcopus, uel præbiter  
 ros, qui simplam immersionem usurpant, sacro  
 dotali honore spoliari, iubent, si quis inquit  
 Episcopus aut præbiter non trinam immersionem  
 mysterij celebret, sed semel mergat in baptis

Merfionē  
 trinam a  
 Christo in  
 stitutam ef  
 fe, quidam  
 existima  
 runt.

Merfio tri  
 na ab Apo  
 stolis præ  
 cepta.  
 Simpla mer  
 sione uten  
 tes depofi  
 tione mul  
 tandi.

ad dari videtur in Domini morte, deponatur. Ad  
 nem locum Zonaras, sicut Iodocus Coccius  
 select tom 2. thesauri Theologici lib. 5. de ba-  
 ptismo, hæc habet: hic canon tria baptismata, tres  
 immersiones intelligit, in uno mysterio, scilicet, in uno  
 baptismo: sic ut ad unamquamque immersionem  
 baptizans addat unum sancta Trinitatis nomen.  
 Nam semel enim, qui baptizatur in sacrum lauacrum  
 descendere, & in mortem Domini duntaxat unam  
 celebrare immersionem, scelestum, ac nefarium est. &  
 Theodorus Balsamon in eundem locum: sta-  
 tuit hic canon, per tres immersiones peragi oportere  
 mysterium sacri baptismatis, scilicet, in nomine Pa-  
 tris, & Filij, & Spiritus sancti: semel autem bap-  
 tizans propter unitatem Deitatis, & Trinitatem per-  
 sonarum, eum quidem certè, qui per unam immer-  
 sionem in mortem Domini baptizatur, Canon dicit de-  
 tendendum, ut qui præter Domini doctrinam faciat,  
 & aperte impius sit. Quamobrem omnes reli-  
 gionis administri, ex quo mysteria baptismati-  
 na populo impartiri, cœptum est, semper, ut  
 par erat, trinam immersionem adhibuerunt. quæ  
 admodum ex S. Dionysio Areopagita cap. de  
 baptismo, Tertulliano lib. de corona milit. Ba-  
 lilio de Spiritu sancto. Ambrosio li. 2. Sacram.  
 cap. 7. & aliis pluribus liquido apparet. Sed  
 postea, cum Arianorum hæresis in multis re-  
 gionibus: sed præsertim in Hispania grassaretur,  
 multiq; propterea, quo tres naturas diuinas  
 in tribus personis esse, demonstrarent, trina  
 immersione uterentur: visum est Gregorio Mag-  
 no, ut in Hispania vna mersio fieret: ne sequen-  
 tes ritum Arianorum, sequi & doctrinam vi-

Trina mersio ex Patribus probata.

Vnica mersio cur & quando in Hispania instituta.

Qq iij

derentur. Hinc est illa eiusdem ad Leandrum  
Episcopum Hispalensem præclara responsio  
quæ in Epistola 41. cum eiusdem quaestione  
fertur: de trina vero mersione baptismi nihil re-  
sponderi verius potest, quam quod ipsi sensus: quæ  
una fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo dicitur.  
sa. nos autem, quod tertio mergimus, triduanæ tem-  
tura sacramenta signamus, ut, dum tertio in aqua  
aquis educitur, resurrectio triduanæ temporis ex-  
ponatur. Quod si quis etiam pro summe Trinitatis  
eneratione æstimet fieri: nequæ ad hoc obstitit, baptizari  
semel in aquis mergere: quia, dum in tribus personis  
una substantia est, reprehensibile esse nullatenus  
est, infantem in baptizate in aquam vel tertio  
semel immergere: quando & in tribus mersionibus  
sonarum Trinitas, & in una potest divinitatis singu-  
laritas designari. Sed, quia nunc huic que ab heretici-  
cis infans in baptizate tertio mergebatur, hæretici  
apud vos esse non censeo: ne, dum mersiones numerant,  
divinitatem dividant, dumque quod faciunt, hæretici  
se morem nostrum vicisse gloriantur. Id ipsum ritum  
re est apud Synodum Toletanam 4. vbi, illius  
Greg. sententia, cauetur, ne quis trinam mersionem  
imposterum audeat usurpare. sic enim habet c. 5. de baptizati autem sacramenti, propter quod  
in Hispaniis quidam sacerdotes trinam, quidam simplam  
mersionem faciunt, à nonnullis schisma esse suspicitur,  
& unitas fidei scindi videtur. Nam cum  
partes diversæ in baptizandis quasi contraria mor-  
agunt, alij alios non baptizatos esse contendunt, pro-  
de, quid a nobis in sacramentorum diversitate facien-  
dum sit, Apostolica sedis informemur præcepto, nos  
nostram, sed paternam institutionem sequentia. *1000*

memoria Gregorius, Romana Ecclesia Pontifex,  
 qui non solum partes Italia illustravit, sed & longè  
 extensas Ecclesias sua doctrina perdocuit, efflagitan-  
 te Leandro Episcopo de hac diuersitate, quid potius es-  
 set sequendum, inter cetera rescribens ei, sic ait: de tri-  
 na vero mersione baptismatis, nihil responderi verius  
 potest, quam ipsi sensistis, quia in vna fide nihil offi-  
 cit aucte Ecclesia consuetudo diuersa. Nos autem,  
 quod tertio mergimus, triduana sepultura sacramen-  
 ta signamus, ut, dum tertio infans ab aquis educi-  
 tur, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod  
 si quis forte, etiam pro summa Trinitatis veneratione  
 existimet fieri, neque ad hoc aliquid obstitit, bap-  
 tizandum semel in aquis mergere: quia, dum tribus  
 subsistentiis vna substantia est, reprehensibile esse nul-  
 latenus potest, infantem in baptismo in aquam,  
 vel ter, vel semel mergere, quando & in tribus mer-  
 sionibus personarum Trinitas, & in vna potest diui-  
 nitatis singularitas designari. Sed si nunc vsque ab  
 hereticis infans in baptismo tertio mergebatur, fa-  
 ciendum apud vos esse non censeo, ne, dum mersiones  
 numerant, diuinitatem diuidant: dumque quod fa-  
 ciunt, faciunt, morem vestrum se vicisse glorientur.  
 Quapropter, quia de utroque sacramento, quod  
 fit in sancto baptismo, à tanto viro reddita est ratio,  
 quod vtrunque rectum, vtrunque irreprehensibile in  
 sancta Dei Ecclesia habeatur: propter vitandum au-  
 tem schismatis scādalu, vel heretici dogmatis vsu,  
 simplam teneamus baptismi mersionem, ne videan-  
 tur apud nos, qui tertio mergunt, hereticorum appro-  
 bare assertionem, dum sequuntur & morem. Hacten-  
 us Concilij verba. Quorum sententiam pau-  
 cis complectens Vualfridus Strabo lib. de reb.

Ecclesiast. cap. 26. de triplici, vel vna meritate  
 ita testatur reliquit: alij trinam immersionem vo-  
 lunt in similitudinem triduanæ sepulture: ut in Ca-  
 nonibus Apostolorum statutum habetur, & immo-  
 norum consuetudo obseruat, alij vnam propter diuini-  
 tatis unitatem contendunt, ut in Concilio Trulano  
 plenissimè habetur: ubi etiam commemoratur, quod  
 Beatus Gregorius interroganti super hac Leontio Na-  
 rey cetera ita responderit: quia in vna fide nihil est  
 Ecclesiæ consuetudo diuersa. Ex quibus, præter cas-  
 sam trinæ immersionis in Hispania abrogatæ,  
 duas etiam eiusdem alibi retentæ rationes fe-  
 cile omnes intelligunt. Quartū prima est, quod  
 tres hypostases diuinas in vna natura clari-  
 dicabat: altera, vt argumentum esset eius-  
 dem, quo, Christi corpore in sepulchro con-  
 to, anima ad illud receptaculum contendit, in  
 quo reliquæ sanctorum, sine vllodoloris les-  
 su, beatæ redemptionis spe sustentatæ, quæ  
 habitatione fruebantur, quibus tertia ad ipe-  
 test, quam ex Albino Flacco collegimus, et  
 nimirum homo, qui tertio gradu peccati, hoc  
 est, assensione in mortem æternam ceciderat,  
 tertio eleuatus de fonte, per gratiam ad vitam  
 sempiternam resurgeret, ita enim ille lib. de  
 Diuin. Offic. c. de sabb. S. Paschæ: recte homo, qui  
 ad imaginem sanctæ Trinitatis conditus est, per im-  
 mersionem in S. Trinitatis ad eandem renouatur imagi-  
 nem, & qui tertio gradu peccati, hoc est, consensu ce-  
 dit in mortem, tertio eleuatur de fonte, vt per gratiam  
 surgat ad vitam. Nec solus in hac sententia Al-  
 binus, sed more suo Rabanus Maurus calcule  
 adiecit, qui, vt pleraque ad Albino desumptis,

ea eandem causam plane iisdem verbis asserunt lib. 1. de Institut. cleric. cap. 28. sic scribitur: recte homo, qui ad imaginem sancte Trinitatis conuersus est, per inuocationem S. Trinitatis ad eandem immittitur imaginem: & qui tertio gradu peccati, id est, consensu cecidit in mortem, tertio eleuatus de morte per gratiam resurgit ad vitam. Sed illud quoque in eadem religione in Ecclesia semper seruatum est, vt ad vnamquamque immersionem, baptizans vnum sancte Trinitatis nomen recitaret. Tertullianus n. qui ipsi Apostolorum aetate vix centum annorum interuallo proximus fuit, lib. aduers. Prax. cap. 16. eius rei ita meminit: & post resurrectionem spondens, missum sedi discipulis promissionem Patris, & nouissime mandans, vt tingerent in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, non in vnum. Nam nec semel, sed ter ad singula nomina in personas singulas tingerunt. Adhuc S. Ioannis Damasceni auctoritatem Epist. de Triagio: vbi afferens causam, cur ter baptizandum mergamus, atque in singulis immersionibus nomen trium personarum proferatur, hæc habet: enimvero si quis ex nobis interrogetur, quid sit causa, quamobrem cum alicui baptismum exhibemus, ter eum mergimus, quidnam illi respondebimus, quam quod ob vnamquamque personam eum immergimus. Nam alioqui nouies immergendus esset. Id quod fieri non potest. Eaque ratione ad vnamquamque immersionem, nomen vniuersum est tribus personis pronunciamus. Idem quoque approbasse videtur Zonaras explicat. in can. 50. Apostolorum: cuius verba legimus apud Iodocum Coccium tom. 2. thesauri Theo-

In vna quaque immersione vniuersum Trinitatis nomen recitabatur.



log. lib. de baptismo: hic canon, inquit, rati-  
 tismata tres immersiones intelligit, in uno rati-  
 scilicet, in uno baptismo: sic ut unam personam  
 sonam baptizans addat unum sancte Trinitati  
 enen. Quæ cum ita se habeant: manifestum  
 est, hanc consuetudinem ab Apostolis ad  
 deriuasse.

Baptismalem immersionem in modum Crucis  
 Etiam esse: atque inter baptizandum, rati-  
 qui baptizabatur, capiti ma-  
 num impositam.

## CAP. IX.

Cutmersio  
 baptismalis  
 fieret in  
 modum  
 crucis.

Mos per  
 modum  
 crucis mer-  
 gendi, à  
 Christo,  
 vel Apo-  
 stolis pro-  
 fectus.

**I**Nter cætera vero, quæ sacerdos, dum me-  
 geret, ritè obseruare solebat, illud non mi-  
 ni ponderis, atque momenti lectoribus rati-  
 ri debet: quod salutarem Crucis notam in ba-  
 ptismali aqua effingebat: ut significaret, à Ch-  
 sti morte, quæ in Crucis ligno peracta est, ho-  
 manæ redemptionis merita profluxisse. Cum  
 institutionis morem à Christo, vel Apostolis  
 profectū esse, nemini dubium est: cum S. Do-  
 nysius Areopagita, S. Pauli discipulus, cum  
 multis locis haud obscure tradiderit, præter-  
 tim autem lib. de Eccl. Hierarch. cap. de bap-  
 tis. Nam ibi varios ritus ordine recensens, sic  
 habet: *iactibus in Crucem formatis, Pontifex per  
 lam speculatiuis oculis indicat, ad ipsam speculati-  
 tem per Crucem Iesum pro diuina generatione uisum  
 sacro ipso, & qui teneri à morte non posset, de quo*

eterna penetrantem, &c. Atque ex hoc, tanquam  
 primo fonte, veterem consuetudinem plures  
 Patres non uno loco desumpserunt: vt S. Cy-  
 prianus lib. de passion. Christi, (si tamen ille  
 Cypriani fœtus est) cum de efficientia signi  
 Crucis ageret: *qualescunque sint manus, que vel  
 emergunt accedentes ad baptismum, vel vngunt, qua-  
 lesque pectus, de quo sacra exeunt verba, operatio-  
 nis auctoritas in figura Crucis omnibus sacramentis  
 legitur effectum.* S. Basiliius serm. 1. de bapt. cru-  
 cis videlicet, qui in aqua baptizamus: qui bap-  
 tismus est similitudo Crucis. S. Augustinus serm.  
 119. ad competentes. *lancea perforatus est latus  
 Christi, et manavit pretium nostrum: ideo signo Chri-  
 sti signatur baptismus, id est, aqua, ubi tingimini.* Et  
 S. Ioannes Chrysostomus homil. 55. in cap. 16.  
 Matth. cum regeneramur, *Crux Domini adest, cum  
 sanctissimo alimur cibo, cum in ordine consecrandi  
 sumus, ubique ac semper id victoria in signe nobis  
 vigilet.* Quæ testimonia tam manifestè rem  
 propositam confirmant: vt, qui dubitet, eum  
 ratione carere, necesse sit. Cæterum illud  
 nullo modo prætermittendum est, inter bap-  
 tizandum, capiti manū impositam fuisse. quod  
 indicant non modo Author Constitut. Apo-  
 stolicæ lib. 7. cap. 44. vbi de baptismi cære-  
 moniis differens, ait: *Vniuscuiusque enim manus im-  
 positionis virtus hæc est: nam, nisi in aliquod horū a pio  
 sacerdote aliqua huiusmodi inuocatio fiat, in aquā so-  
 lam descendit, &c.* sed etiam veteres scriptores  
 plurimi, vt S. Dionysius Areopagita lib. de Ec-  
 cles. Hierarch. cap. de bapt. & alij, quos lib. 2.  
 fuisse retulimus. Atque huius consuetudinis

Liber de  
 pass. Chris.  
 an sit S. Cy-  
 priani.

Inter bap-  
 tizandum  
 manus ca-  
 piti impos-  
 nebat.

exemplum videre possumus in zedecia S. Augustini, vbi Alipio, dum salutari fonte ablutur, clerici manum imponunt; quemadmodum veteri pictura expressum est. Et licet in plerisque regionibus eam antiquatam esse ostendat; tamen ab Æthiopicis adhuc seruat.

**Consuetudo manus imponendæ in baptismo a Æthiopicis seruat.**

**Modus imponendi manū pueris in baptismo.**

**Impositio manus erat signatio nominis**

**Causa, cur in baptismo manus capiti imponeretur.**

**Cur infans baptizatus à fronte, à tergo, & à lateribus ex aqua eleuaretur.**

**Figura imponendi manū ei, qui baptizatur.**

do baptismi secundum usum ipsorum apte demonstrat. Quoties autem aliquis tenentate mergebatur, minister, eius capiti manū dexteram imponens, sinistra ter ex aqua fronte, à tergo, & à latere eleuabat: sicut, præter alia Patrum testimonia, Seuerus Alexandrinus lib. de baptif. dilucidè, & breuiter hunc modum describit: *dimittit illum in iustis, respiciens ad Orientem, dextramque capiti eius, qui baptizatur, imponit, & sinistra ter attollit ex aquis, à fronte, à tergo, & à lateribus eius.* Nec, quod manum capiti imponeret, mysterio caruit: nam, cum illud dominationis certissimum sit argumentum, sicut Iacobus, & alij probant: hac ratione innuuntur, eum, qui baptismo Ecclesiam auget, in ex eo tempore, in ipsius Ecclesie ditionem accedere. Sicut, quod a fronte, à tergo, & à lateribus attolleret, non obscure admonet, & baptizati nulla verecundia à fidei, quam susceperant, confessione reuocarentur: sed pro Christiani nominis dignitate, atque amplectendine fortiter dimicarent. Nam, ut padox tribus robur, ac vires potissimum cernuntur. Omnino autem manus impositionis figura in Christi baptismo cernere licet, in quo S. Augustinus

Ioannes, diuinorum arcanorum conscius, & puzco, dum Iordanis aqua tingeret, manum capiti imposuit. quemadmodum Seuerus Alexanderinus lib. de baptis. declarat.

*Nudos, ad baptismum accessisse.*

## CAP. X.

Am de habitu eorum, qui vitali fonte lustrantur, agere oportet; ne quid, ad huius sacramenti ritus pertinens, à nobis omissum esse videatur. Itaque primo illud occurrit, nullo vestis, aut tegumenti genere amictos, sed omnino nudos, ad baptismi sacramentum accessisse. Quia in re nemo à me prudentiam desideret; si parum honesta, & nostris moribus contraria exponere visus fuero. Nam & ritus, quales fuerint, narrare mei instituti est: nec quinquam iure pudeat scribere, quod & integerrimi viri olim obseruauerunt, & veteres Patres, Christianæ modestiæ magistri, suis scriptis tradidere. In primis Eunuchus ille, de quo mentio est Actor. 8. cum Christianæ religionis mysteriis initiaretur, omni veste exutus fuit, quod ex loco, *descenderunt uterque in aquam*, Ioannes Gagnarius ita collegit: *ideo non erubuit coram familia nudari, qui peccata sua coram Deo non evubescibat propalari, & descendens in aquam, baptizatus est.* Et S. Paulus 2. ad Coloss. de salute eorum valde sollicitus, quod, ubi crudum, & aridum nouale diu tractasset, ac nullo dum fructu

Baptizabantur nudi.

semina diuini verbi proiecisset, tandem e-  
 scisso, ac sæpius iterato solo Christiane  
 germen emicuerat; cum eos admonere vellet  
 vt à diabolicæ doctrinæ magistris sibi carere  
 & Christi mandatis assentirentur: cœlesti ba-  
 ptionis sacramento initiatos fuisse, declarauit  
 his verbis: *in quo & circumcissione non nota  
 est, in expoliatione corporis carnis, in circumcissione  
 Christi una cum ipso sepulti in baptismo, in quo  
 simul resurrexistis per fidem, quo loco S. Ambro-  
 sius, diuinarum literarum interpres egregius  
 expoliationem corporis carnis, pro nuditate, quæ  
 baptismo erat, eleganter exposuit: atque  
 sius etiam nuditatis rationem addidit, scilicet  
 illic enim vetus homo deponitur, & nouus apponitur:  
 peccatis moritur, vt iustitia uiuat, elemosinas  
 renunciat, vt Christo societur. Ex iis enim, quæ  
 dem author ibidem scribit, & aliis pluribus  
 tionibus perspicuum est, veteris hominis depo-  
 sitione ipsam nuditatem intelligi. Et S. Ieronymus  
 Chrysofomus hom. 6. in eundem locum  
 aperte eius nuditatis meminit, vt nihil clarius  
 ac dilucidius fingi posse videatur. ait enim  
 renuntiamus tibi Satana, & tibi nomē dāmonis  
 tuorum militum numerum adscribimur Christo. haec  
 omnia sunt pactū conuentū. illic seruus agi cum  
 domino: hic amicus cū amico. aduenit decus, & liber-  
 ditas, vt illic nuditas: sed illic quidē, cum peccatis  
 nudatus fuit, quoniam peccauit, hic autē nudatus  
 liberetur: exiit tunc ille gloriam, quam alioquin  
 habuit, nunc veterem exiit hominem. Huius præ-  
 terea consuetudinis veritatem alij scriptores  
 multis locis docuerunt: quorum singula testis*

omnia afferre, quoniam operosi laboris esset,  
 quæ a nobis indicabuntur, ex quibus indi-  
 cium de cæteris facillimè constabit. Primum  
 dicitur erit S. Diohyſij Areopagitæ, qui ex ipsa  
 S. Pauli schola profectus est. Is enim lib. de  
 Eccl. Hierarch. cap. de bapt. recensens mo-  
 dum, quo Episcopus vestes extrahebat, manum,  
 inquit, eius capiti admouet, signoque edicto, sacerdo-  
 tibus imperat, ut vin, atque sponsoris nomina per-  
 scribant. iis scriptis, sacras preces perficit, quas ubi  
 in uersa Ecclesia cum eo compleuit, exiit eum, ex po-  
 tione per ministros. & infra: cum plane vestes  
 detraxerunt: tum sacerdotes sacrum un-  
 ctum oleum afferunt, quæ loca, quoniam bap-  
 tizando vestes extractas esse, significant, etiam  
 illud, quod ex eo consequitur, ostendunt, nu-  
 dum aquis baptismalibus tinctum fuisse. Al-  
 terum testimonium petere possumus ex vita  
 S. Marcelli Papæ, in qua Apronianus, vir ad  
 omnes dolos, & fallacias eruditus, post prioris  
 vite penitentiam, a Sisinnio Diacono nudus a-  
 qua baptismali tinctus fuit: si vera sunt, quæ a  
 Notariis Romanæ Ecclesiæ conscripta Lau-  
 rentius Surius in hunc modum recenset: eadem  
 hinc allata est aqua, & catechizavit eum, & bene-  
 dixit fontem, & deposuit eum nudum in peluim, &c.  
 cuius exempli similitudinem videmus apud eun-  
 dem Surius in vita S. Laurent. Archileu. dum  
 Lucillus, non paterna gloria, quam sua virtute  
 clarior, ante baptismi susceptionem, omni ve-  
 stium genere exutus fuit: & cum (inquit Surius)  
 expulisset eum, sudit super caput eius, dicens: credis  
 in Deum Patrem omnipotentem Lucille? Deinde

ac Cæli  
 tandem  
 hinc  
 nonere  
 is sibi  
 r: cælesti  
 ille, de  
 e non  
 in circ  
 smo, in  
 o S. Am  
 res egra  
 ditate, q  
 it: atque  
 didit, scri  
 notum  
 el emen  
 enim, qu  
 pluribus  
 omni  
 r S. Ioan  
 a locum  
 nihil clar  
 it enim  
 damu  
 r Cliv  
 agit cum  
 r: hinc  
 im pecc  
 nudat  
 on aliqu  
 ius per  
 icipit  
 gula t

audient  
 sed magis  
 ut rictu  
 rictu

Zeno Veronensis, vir multæ fidei & grati-  
 tis, cum multis quidem aliis in locis hanc  
 suetudinem professus est, tum vero præ-  
 Inuitat. 2. ad fontem; ubi ait: *gaudeo, quod  
 quidem nudi demergitis, sed ætherea veste  
 mox candidati; inde surgitis: quam qui non  
 regna cœlestia possidebūt. His addere possunt  
 quæ S. Ambrosius, antiquorum rituum æ-  
 mus propugnator, semper docuit, atque in  
 mis ferm. 10. cum in auaros sic inuehitur:  
 nudi in seculo nascimur, nudi etiam accedimus  
 lauacrum, ut nudi quoque expediti ad  
 nuam properemus; quam autem incongruam, et  
 surdum est, ut quem nudum mater genuit, non  
 suscipit Ecclesia, diues intrare velit in cœlam: in  
 Ecclesia vero S. Augustini, quæ Basilica  
 brosiannæ proxima est, veterem picturam  
 nimus, ipsiusmet sancti, & Deodati, ac  
 baptismum exprimerem, in quo Ecclesie  
 suetudinem ars secuta, nudos mortalium oc-  
 lis subijcit. Nicephorus etiam Callistus  
 histor. Eccles. cap. 37. refert, Hebræum  
 rum, qui natandi gratia ad mare se contulit,  
 à sociis nudum Christianæ militiæ testem  
 signitum esse: Christianorum (inquit) pueri  
 braus puer familiaris erat: & cum eis, ad mare  
 lentibus, natandi incesisset cupiditas, conueni-  
 eos Iudeus: hunc per Iudam pueri nudum bapti-  
 uerunt. Et S. Anselmus in cap. 3. Martini  
 baptismi Christi rationes afferret, et eisdem  
 dicitis meminit, dicens: plures causa sunt, quare  
 Christus ad baptismum accessit; primo ut exem-  
 nos inuitaret, ne quis forte ab inferiori baptizari, vel*

Christus  
 quare bap-  
 tizari vo-  
 luerit.

in conspectu hominum denudari erubesceret. Item paulo post de eodem argumēto verba faciens: *Tuatur ergo consummatio iustitia: ad quā Dominus vult homines inuitare; ne ab inferiori dedignentur baptizari, vel in conspectu hominum denudari, ideo vult exemplo docere, quid alios oporteat facere, ut natus post eum erubescat.* Quibus locis apparet, modestam pro baptismo positam esse, quæ loquendi formula parum constaret; nisi eos, qui baptisma suscepturi erant, nudos, fuisse, omnibus persuasissimum esset. An & S. Gregorium sic accipimus lib. quem Sacramentarium inscripsit, de die Sabb. S. cum meminit, Pontificem non prius baptizatos sacro chrismate confirmasse, quam suas vestes quisque induisset & baptizantur. (inquit) *Pontifex vero redit in sacrarium, expectans, ut, cum vestiti fuerint infantes, confirmet eos.* Enimvero vestibus indui, prioris nuditatis certissimum argumētum est. Tangit & Ordo Romanus hunc morem capite Sabb. S. Pasch. vbi de Pontificis egressu à baptisterio, & sede, in qua baptizatos sacro oleo ungebat, hæc inquit: *Pontifex ergo egreditur a fonte in sacrarium, habens ibi compositam sedem, ut in Ecclesia, vbi voluerit. & sedeat in ea, & cum vestiti fuerint infantes, confirmet eos.* Et Albini Flacci locum non inuitus huc traxerim lib. de Diuin. Offic. cap. 19. de Sabb. Paschæ: *ut autem surrexit à fonte, faciat presbyter signum Crucis de Chrismate cum pollice in vertice eius; tunc suscipiatur ab ipso, à quo suscipiendus est; postea vestitur infans vestimentis suis. & rursus videm: sunt parati, qui eas suscipiunt, cum*

R 1



hntes in manibus suis. deinde accipiunt eos Pontifices, vel diaconibus. qui eos baptizauerunt. postquam vero vestiti fuerint, deportantur ante Pontificem confirmandum; quibus dat singulis stolam candidam, chirothecam, & decem siliquas. & sic vestiti postquam induti fuerint, dat Pontifex saponem, & aquam benedictionem, &c. Nec aliud significant Eusebii Cæsariensis verba in Orat. 4. Nazianz. in diuina oratione, quem admodum sacerdos Dionysius in sacramento quidem is adducitur, qui spiritus sancti benedictione dominandus est; ipse autem & pedes eius prohibita ministrorum eorum, qui ad hoc confituntur opera, calcibus nudat, & corpus uniuersum laetanda sunt; ut, si quando stolam corporis in baptismo nudam fuisse, arbitratus esset totum corpus caruisse vestibus, in posterum. Quamquam id ipsum multo ante & iam Patres docuerunt, & Cyril. Hierosolym. cap. 2. mystagog. testatus est, ubi inquit; statim igitur ut ingressi estis, vestem exiistis: quod quod exuit hominis antiqui cum operibus imaginis. que ita exuti eratis nudi: imitantes & in hoc qui in Cruce nudatus fuerat, Christum, quia in uitate principatus, & potestates huius seculi. & magna confidentia in ligno de illis triumphauit. & mox infra: o rem admirandam: nudi fuisse conspectu omnium, & non vos pudebat. reuerentia in hoc protoplasti Adam ferebatis exemplum, qui nudus in paradiso fuit, & tamen nullo affertur pudore. Nam, cum baptizatorum nomen Christi in Crucem acti, & primi parentis, & felicissimas terrarum sedes incoleret, nudi

Baptizabatur  
omni-  
no nudi.

conferatur; non magis hanc, quam illam,  
 esse omnem vestem, nullus, qui rationem  
 secum habeat, negare audebit. Mirto pudor  
 & verecundia mentionem, quæ ut viros  
 honestos deceat, tamen in iis, qui baptismo ob-  
 signabatur, cum totius corporis nuditate non  
 cognovit. Secus nulla Cyrillo causa admiran-  
 di fuisset, quod nudos in baptismo non pude-  
 ret, si aliqua solum pars, puta caput, manus,  
 aut pedes, solita veste caruisset. Posset etiam  
 huius opinionis veritas ex eo probari, quod  
 totum baptizandi corpus in aquam mergeba-  
 tur, sicut paulo ante demonstratum est. quis  
 enim adeo demens sit, ut corpus aquis obruen-  
 dum vestibus induat? præsertim si quis Regia,  
 vel alia insigni dignitate præditus sit, quem  
 magnifice, & pretiose vestiri, ordinis ratio po-  
 stulat. Verum, ut a coniecturis ad argumenta  
 certa veniamus, Contemplator in S. Dionys.  
 Areopag. cap. de bapt. evidenter illud docuit  
 his verbis: id quod signorum traditio præclare, at-  
 que obscure significat cum eum, qui accedit, quasi su-  
 periori vita exiit, & ad extremos usque illius habi-  
 tum expoliavit. Neque veto existimari velim,  
 saltem eas partes, quæ integro pudore nomi-  
 nari non possunt, aliqua veste circumtectas  
 fuisse. Nam cum admirabilis vitæ candor, at-  
 que integerrima morû simplicitas olim apud  
 Christianos vigeret, sine vlla offensione, sin-  
 gulari lætæ carnis dedecora hominum oculis sub-  
 spectabunt: quæ madmodum multis argumenta-  
 tionibus facile colligo. Primo, quoniam Cy-  
 rillus Hierosolymitanus, & Io. Chrysostomus

In baptis-  
 mo etiam  
 partes ob-  
 scenæ ve-  
 stibus ca-  
 rebant.

locis citatis baptizatorum auiditatem, & C  
 sti, cum in crucem tolleretur, & Adz, p  
 quam Dei offensionem subiret, nuditate  
 pararunt: quorum primum planè nuditate  
 se, communis cruci affigendi mos, hunc  
 pagina restantur. Secundo, quia de hac  
 ditate non secus, ac de illa, qua in lucem  
 pinur, SS. Ambrosius, & Bernardus  
 sunt. Tertio, quod Dionysius Areopag  
 lias Cretensis, ac plures alij omnino nuditate  
 se docuerunt. Quarto, quia Nicephorus  
 listus Hebræum puerum, qualis natus  
 bat, a quibus baptismalibus ablutum fuisse  
 dit, tum quoniam totum corpus nuditate  
 batur. Deinde, quod nullus veterum  
 rum, qui hanc consuetudinem docuerunt  
 cia pudendis apposita meminit. quod  
 dibile videretur, si ea apponi solita fuisse  
 demum, quia ita rem habuisse, ex Constantini  
 Magni exemplo facile apparet. Nam ille  
 Idolorum superstitione abiecta, de veri Dei  
 ligione amplectenda, SS. Petri, & Pauli  
 tu, cogitaret, ad se Pontificem Sylvestrum  
 tunc temporis in præruptis lapidum ca  
 ad montem Soracte latitabat, statim acc  
 uit. A quo Christianæ vitæ præceptis, præ  
 agendi vsu institutus, postquam præterita  
 peccata quam acerrime vindicauit, modo  
 pore in cælestem piscinam, corporis simul  
 animæ lepra expiandus, facile descendit. N  
 erubuit pius Imperator vitali fonte eam  
 tem tingere, qua sæpe flagitij, & nequitia  
 sus fuerat instrumento. Sic enim de ea scribitur

Simon Metaphrastes in vita S. Sylvestri, ut a-  
 quid collectorem legimus: hac cum audisset Im-  
 perator, & latus probrum carnis subiecisset oculis,  
 & vocatus fuisset sancto chrismate, ingressus est pis-  
 ces, &c. Vbi probrum carnis in efficiendi sig-  
 nificatione, qua scilicet multa probra com-  
 munitat, accipiendum esse, nemo ignorat:  
 cum & textus series, in quo omnium partium,  
 quibus peccauerat, penitentiam egisse, men-  
 tio est, id ipsum facile ostendat; & ex ipsa vi-  
 nominis, ac significatione manifesto colliga-  
 tur, probrum enim ignominiam, vel flagitium  
 significat: ac caro, ex sola, quam inuimus,  
 parte, rerum turpium administra est. Opor-  
 tet igitur ad ea, quae contra dici possunt, re-  
 spondere. Ac primum quidem honestati con-  
 sultum erat; quoniam viri separatim à fe-  
 minis abluebantur: atque candida vita sim-  
 plicitas nullum offensionem locum relinquebat;  
 ut iam diximus. secus etiam reliquas corporis  
 partes vestibus exui, turpe visum fuisset: neque  
 susceptor susceptrici, vel minister baptizato, ac  
 baptizatae oscula figere, in columi verecundia,  
 potuissent. Imagines vero S. Augustini, Deo-  
 diti, Alipij, ac aliorum, qui, cum baptisimi sa-  
 cramento renascuntur, linteo pudenda ope-  
 rant, non veterem consuetudinem repraesentant;  
 sed propter nostri temporis corrupte-  
 lam, & mores depravatos effictae fuerunt: ut  
 homines ex eo Christianae modestiae argumē-  
 ta desumant. Nam et iam Christi Domini pa-  
 tientes figura, ac alia huiusmodi cum linteo  
 exprimuntur; quod tamen cum pateretur,

Viri sepa-  
 ratim a fe-  
 minis bap-  
 tizabantur.  
  
 Susceptor  
 susceptrici,  
 & minister  
 baptizatis  
 oscula fi-  
 gebat.



630 De Antiq. Bapt. rit. ac Cer.  
appositum fuisse, falsum est. Quare ad  
gendi licentiam hæc referre oportet, quæ  
sectæ nuditatis veritati minime repugnat.

Tam adultos, quam infantes, & etiam mulieres,  
infirmos, & qui carcere inclusi erant,  
nuditatis legi subiectos  
fuisse.

CAP. XI.

Nudi bap-  
tizabantur  
etiam adulti.

Atque, ut intelligant homines, quæ  
studio, atque curæ veteribus hæc  
suetudo fuerit, nullus omnino sexus, nullus  
minimæ ætas, aut conditio ab ea immunita  
vacua erat. Etenim si ab adultis ordinem  
præter Constantini Magni exemplum et  
meone, & Aproniani, & Lucilli ex Laurentio  
Suario supra allatum, & innumera alia loca  
legentibus facile occurrent, etiam Basilianus  
genus Cæsariæ, & Cappadociæ Episcopus, qui  
veste, sacro baptisinate lustratus fuit, cum  
urbem Hierosolimam simul cum Eubolus  
ligionis causa peruenisset. Ita enim Amphilochius  
in vita ipsius scribit: *surgensque cum re-  
more, suis se vestibus spoliat, unaque cum illis  
re: em exiit hominem, descendensque in aquas, pro-  
bas, una autem etiam sacerdos descendit, eosque  
baptizavit.* Si vero infantes intueri, & narra-  
rare velimus: eni Ordinis Romani restitutum  
cap. de Sabb. S. Paschæ: *Pontifex ergo egredietur  
fonte in sacrarium, habens ibi compositam sudem,*

Infantes  
nudi bap-  
tizabantur.



militum irrupentium perterritas, sine re-  
 aufugisse, docet his verbis: *quomodo iam quae  
 quuntur, exponam, omnem excedentia tragica  
 nobis enim haec ipsa, quae antea dixi, praetenduntur  
 repente multitudo militum, ipso magno sabbato  
 iam in vesperam vergeret dies, Ecclesiam ingressi, de-  
 rum omnem, qui nobiscum erat, per vim erant  
 armisque veneranda obsidebantur altaria, Mores  
 quae intra Ecclesiam, ut baptizarentur, sese vestire  
 uerant, per id temporis nuda fugiebant, metum  
 ma huius commotionis impulsu; neque sexum  
 eundem, & honestati permittebantur praeter  
 consulere. In quinta etiam Synodo Constanti-  
 nopolitana Act. 1. Stephani cuiusdam festi-  
 ritia contra Petrum Apamearum Episcopum  
 fertur, quae sic habet: *cum essemus in baptis-  
 neophytistarum, sine tunicis, & calceamentis  
 tium, Venit Episcopus, &c.* Vbi licet nullam  
 nulla mentio fiat; tamen ea ex tunica, & cal-  
 ceorum depositione colligi potest. Quod  
 Ioannes Moscus in suo Prat. Spirit. de vita Co-  
 nonis presbyteri clarè demonstrat, ei causam  
 offensionis fuisse, quoties mulierem nudam  
 in baptismo perungeret: atque inde factum,  
 ut maximam de se admirationem apud con-  
 nes, sed praesertim loci Episcopum excitasset.  
 presbyter quidam, inquit, erat ad baptis-  
 rum, Conon nomine, Alexandrinus genere, quem  
 vita merito Patres iusserant, ut baptizaret accen-  
 tes; ipse igitur sancto chrismate ungebat, & bap-  
 tizabat eos, qui ad hoc veniebant; quos ergo  
 inungeret, scandalizabatur, atque ideo ex munda  
 abscedere volebat. quada die venit puella ex*

et baptizaretur, quæ ita speciosa erat, ac tãte pulchri-  
tudinis, ut non posset presbyter nudam eam sacro oleo  
mergere. Quare si honestas, & verecundia mu-  
lieres sacro oleo nudas inungi, minimè prohi-  
bit: nec, easdem nudas baptismò initiatas  
fuisse, propter sexus verecundiam, negare de-  
bemus: præcipuè cum recepta ita baptizandi  
consuetudo obtineret, ac chrisimalis unctio  
ipsam ipsam merfionem sequeretur. Plura etiã  
& multo maiora, quæ de nuditate scribam, mi-  
hi occurrunt. Nam & qui in carcere sacro la-  
trocro tingebantur, cum valde timendum ef-  
set, ne temporis mora, persecutione sæuiente,  
aliquid detrimenti afferret, omni virium, atq;  
animi contentione vestes extrahere conaban-  
tur. Sicut fecit Apronianus, cum à Sifinnio dia-  
cono baptizatus est: de quo apud Surium in  
vita S. Marcelli Papæ: *deposuit eum nudum in  
pelum: & S. Laurentius Archilevita, dum Lu-  
cellum aquæ salutari admoueret: ut est apud  
eundem Surium in vita eiusdem: benedixitque  
aquam, & cum expoliasset eum, fudit super caput  
eius.* Et vero etiam infirmi, ac debiles, qui vario  
morbi genere afflictabantur, aut virgente vi-  
morbi, non procul aberant à fine, si fortè oc-  
culto sancti Spiritus hortatu, & impulsu, in  
Christianam militiam nomen dare voluissent,  
etiam si tunc temporis indutos esse contigisset,  
posthabito doloris, aut vicinioris mortis peri-  
culo, nudi in aquam mergebantur, quemad-  
modum antiqui Ms. codices de gestis S. Seba-  
stiani apud Surium docent. quos ego libros  
citavi, ut narratio rei admirabilis fide non ca-

Baptizabā-  
tur nudi  
etiam in  
carcere.

Baptizabā-  
tur au di  
etiam infir-  
mi, ac de-  
biles.



reat. Neque enim ijs sunt, in quos mendacis  
 spicio cadere possit, cum à Romana Ecclesia  
 Notariis, qui præsentes quodammodo re-  
 iplis affuerunt, diligenter, conscripti fuerint.  
 In iis igitur Tranquillinus, apud falsæ religio-  
 nis cultores vir insignis, cum pedū, manuum  
 que dolore, omnibus membris veluti auctis-  
 mo vinculo altricis, magnopere diltraheretur,  
 à Sancto Polycarpo nudus baptizatus  
 luit, quemadmodum verba Gestorum indicant  
 post hos autem infantulos Tranquillinus addidit  
 adeo podagra, & chivagra constrictus, ut nec manibus  
 portaretur. Hunc cum exuerent indumenta, et  
 ille intolerabili se diceret torqueri dolore, interuenit  
 eum Polycarpus presbyter, num ex toto credideret  
 ret, unigenitum Filium Dei, Dominum nostrum  
 sum Christum posse ipsi salutem conferre. Statim  
 ut respondit, credo, resolutæ sunt manus eius, qua  
 rant nodose: & genua simul, plantaque pedum  
 ita sunt incolumes reddite, ut velut paruulus re-  
 uatis pedibus suis in fontem descenderet. Nec mi-  
 nor fides Ioanni Mosco habenda est, quæ  
 vir Hebræus, cum per Eremum iter haberet,  
 in morbum incidit, ex quo ei necessario ob-  
 cedendum è vita erat. Itaque in summa cor-  
 poris salutis desperatione, sollicitus de salute  
 animæ, à duobus Christianis, quos itinere com-  
 mites habuerat, sacrosanctum baptismum flag-  
 tauit. quod quanquam illi, materia deficiente,  
 diu negauerunt, tamen alter diuino spiritu  
 flatus (ut ei in lecto decumbenti, iamque mor-  
 rituro socij vestem extraxerunt) sancto ablu-  
 tionis sacramento illum ad filiorum Dei certum

aggregavit. Sic enim scribit; cum ergo in magna  
 levitatione effemus, industrius ille, diuinitus inspira-  
 tus, ait nobis, erigite illum, & exiite. erexitur itaq;  
 cum magno labore illum, erectumque tenentes exui-  
 mus. Industrius autem ille implens ambas manus  
 sua arena, tertio effudit super caput eius, dicens ita:  
 baptizatur, &c. quod à Nicephoro quoq; Cal-  
 listo traditum est lib. 3. histor. Eccles. cap. 37. his  
 verbis: illi itaque detractus homini vestibis, arena,  
 qua ibi erat, pro aqua usi, in nomine Patris, & Filij,  
 & Spiritus sancti, tertium arena in eum coniecta,  
 baptizarent. Neque vero hæc testimonia ad-  
 duxi, quasi illud verum baptismum fuisse, cui-  
 quam persuaderi velim. Certum enim est, sine  
 aqua baptismum confici non posse. Verumta-  
 men, cum illi, verè baptismum agere, ac statas  
 ceremonias obseruare, in animo fuerit, sicut  
 ex contextus serie, & ipsa triplici effusione col-  
 ligitur: quanquam opinione falsus est, tamen  
 ex recepta consuetudine Hebræum exuisse,  
 contendo.

*Cur nudi baptizarentur.*

CAP. XII.

Qvod facilius omnes intelligent, si causas, Nuditas in  
 quare nudi abluerentur, mecum attentè baptismo  
 considerarint. Plures autem numerari pos- significabat  
 sunt: quarum prima est, veteris hominis, hoc veteris ho-  
 est, impuritatis vltro conceptæ, & peccati na- minis de-  
 turæ insiti depositio. Siquidem miserum homi- positionē.

num genus, propter primi parentis crimen  
 ipsa conceptione contrahit labem, & proci-  
 uitate incredibilem ad peccandum, quae  
 omnia scelera, & flagitia impellit: per bap-  
 tum autem Spiritus sancti virtute omnis pro-  
 peccati macula, & turpitudine interius eicitur: in  
 in nos diuina virtus, & gratia diffunditur, qua  
 nos ad omnia Christianae pietatis officia pro-  
 tos, atque idoneos reddit. Vt igitur, quae  
 hoc sacramento occulta Dei virtute efficien-  
 tur, facilius intelligere possemus, Christianae  
 religionis signiferi, atque duces statuerunt, ut  
 ea ipsa virtus, nuditatis signo, quae interuen-  
 mutationem significat, omnibus testata esse.  
 De quare operae pretium fuerit Cyrilli Hiero-  
 solymitani locum ex catech. 2. mystagog.  
 inlerere: statim igitur ut ingressi estis, vestem ex-  
 fris: quod quidem exuti hominis antiqui conuer-  
 bus suis imago fuit. Simile quid apud Ambro-  
 sium memini legisse: nam explicans illud A-  
 postoli ad Coloss. 2. in expoliatione corporis uer-  
 ma cum ipso sepulti in baptismo, causamque re-  
 dens, quare in baptismo exuerentur, ita in-  
 quit: illic enim vetus homo deponitur, & nouus  
 sumitur. Idem S. Ioannes Chryostomus figu-  
 ficare voluit homil. 6. in eundem locum, ut  
 de renunciatione, & solenni fidei professione,  
 quam in baptismo edimus, cum Diabolo, &  
 Christo sic loquitur: abrenunciamus tibi satanae,  
 & tibi nomen damus, & in tuorum militum nom-  
 rum adscribimur Christo. haec omnia sunt passim  
 conueniens: illic seruus agit cum domino, hic amicus  
 cum amico, aduenit Deus, & hic nuditas, & hic

multas, sed illic quidem cum peccasset, nudatus fuit,  
 quoniam peccavit: hic autem nudatur, ut liberetur:  
 exiit ille gloriam, quam aliquando habuit, nunc ve-  
 terem exiit hominem, &c. Quo etiam spectant  
 Severi Alexandrini verba lib. de baptis. cum  
 Deum, perennem bonitatis fontem, pro bap-  
 tizandis ita precatur: exue ab eis veterem illum,  
 qui corrumpitur concupiscentis erroris, & eos indue  
 illi, qui renouatur, velut agnitione tui. Nec alia  
 sententia fuit Contemplatoris in S. Dionys.  
 Areop. cap. de bapt. dum eius arcana, & cere-  
 monias explicans, ait: fieri non potest, ut eorum,  
 que maxime contraria sunt, aliquis simul sit par-  
 ticipet: neque ut is, qui cum uno aliquid commercij  
 habuit, diuisas, distinctasque vitas habeat: si modo  
 primam vnus communionem, societatemque obtineat,  
 sed spoliatus sit necesse est omnibus vnus diuisioni-  
 bus, id quod signorum traditio praeclarè, atque ob-  
 scure significant, cum eum, qui accedit, quasi superiori  
 vita exiit, & ad extremos illius habitus expoliauit.  
 quod si etiam exempla ad id probandum con-  
 querere placet, & ex iis, qui baptizati sunt, con-  
 silij sui rationem sciscitari, facile patebit, S. Ba-  
 silij Magni non aliam mètem fuisse: cum bap-  
 tizandus vestem exiit: sicut Amphiloehius de  
 vita ipsius narrat his verbis: petebat à Deo aliquod  
 suae fidei signum ostendi: surgensque cum tremore,  
 suis se vestibus spoliat, vnaque cum illis veterem  
 exiit hominem. Secunda vero est, quod pecu-  
 nitæ, & diuitiis maxime mortalium animus in-  
 habet: ut propterea difficilior indies aditus  
 ad beatam civitatem reddetur. Quare visum  
 est sanctis Patribus, huic morbo medicinam

Nuditate  
 baptizandi  
 admone-  
 bantur, ut  
 ab auaritia  
 abstineret.

facere, & quo a terrenis cupiditatibus hominum mens auocaretur, baptismi sacramentum quod Christianæ disciplinæ initium est, nudi subiici voluerunt, ex ea forma, & habitu vitæ instituendæ rationem postmodum sumpturos. In quam sententiam clare S. Hieronymus scribit *serm. 10. ideo nudi in sacro mur, nudi etiam accedimus ad lauacrum, ut quoque, & expediti ad cæli ianuam properemus, autem incongruum, & absurdum est, ut, quem dum mater genuit, nudum suscipit Ecclesia, dicitur trare vel in cælum: Et S. Bernardus *serm. ad paupertate, non aliter suis monachis terribilium manarum despicientiam suadere conatur, quod nuditatis eorum, qui baptizantur, & natiuitur, exemplo. loquitur enim: non ideo venimus ad monasterium, ut in deliciis in eo vivamus, sed vigilando, orando, ieiunando, psallendo, caritative, sarrarium nostrum dimicando, ad regnum nobis paratum, Christo adiuuante, perueniamus. nam uero nudi nascimur in hoc seculo, nudi etiam accedimus ad baptismum, ut nudi, & sine impedimento perueniamus ad cælum.* Tertia causa fuit, ut Christiani similitudinem, qui pro nobis passus est, quam humana imbecillitas patitur, in nobis exprimeremus. Virtus enim, quæ ex passione Christi manat, hoc est, gratia, quam ille nobis in arca crucis meruit, per baptismum præcipue, quasi per alueum quendam, in nos derivat. Atque ita Christianæ religionis magistri ad rem nostram pertinere censuerunt, si quo habitu Christus Dominus suæ passionis fructum huius sacramento impertiuit, eodem etiam homines*

Tertia nuditatis causa, ut Christi in cruce patientis similitudo exprimeretur.

ad illum capiendum accederent, vt pium, re-  
 golumque mœrorem ex acerbitate Domi-  
 nicæ paffionis præ pietate intimè concipere,  
 eumque omni deuotionis officio, atque adeo  
 falutariibus lachrymis certatim exprimere co-  
 narentur. Id vero ex S. Cyrilli Hierofolymita-  
 ni profluxit fonte apud quem catech. 2. myftag.  
 fic legimus: atque ita exuti, eratis nudi, imitantes  
 & tu hoc eum, qui in Cruce nudatus fuerat, Chrifti:  
 quale nuditate principatus, & potestates huius sa-  
 culi poltauerit, & magna confidentia in ligno de illis  
 triumphauerit. Sed quarta etiam caufa accedit,  
 cui baptizandorum nuditas apta, & conueniēs  
 videri poffet: nimirum vt memores homines  
 efflent ingentis beneficij. quod à Deo per bap-  
 tifimum confequuntur. Nam constat, primum  
 parentem, principemque humani generis,  
 priusquam Dei præceptum, tentationis fluctu  
 agitatius, violaret, & leuiffima peccati mercede  
 Diabolo fe in miferiffimam feruitutem addice-  
 ret, nudum in paradyfo fuiffe. Quocirca, vt in-  
 telligeremus, homines, cum vitali fonte ablu-  
 untur, Dei gratiam adipifci, & eum statum ob-  
 tinere, quem, nifi Adam peccauiffet, perpetuo  
 habuiffent: placuit ad baptifimum nudos, eo-  
 dem habitu, quo ille ante peccatum fuit, acce-  
 dere. Cuius rei mihi Author eft idem Cyrillus  
 Hierofolymitanus catech. 2. myftag. cum sub-  
 dit: *o rem admirandam, nudi fuiffis in confpectu om-  
 nium, & non vos pudebat. reuera enim in hoc pro-  
 ceplati Adam ferebatis exemplum, qui nudus in  
 Paradyfo fuit, & tamen nullo afficiebatur pudore.*  
 Præterea aliam etiã iuftiffimam fuiffe caufam

Quarta nu-  
 ditatis ratio  
 vt signum  
 effet, bap-  
 tizatos Dei  
 gratiam  
 adipifci.

nuditatem in baptismo statuendi, ex S. Chry-  
sostomo homil. 6. in cap. 2. Epist. Paulinae Col-  
lossi colligi potest: ubi nuditatem Adæ, & quæ  
in baptismo erat, declarans, vtrique dicitur  
rationem assignat: *aduenit, inquit, Deus gratia  
nuditas, & illic nuditas: sed illic quidem passus  
casset, nuditatus fuit, quoniam peccavit: hic  
nudatur, ut liberetur.* Hac quippe nuditate  
tam homines fatebantur, se diuina gratia,  
omnibus donis spiritalibus spoliatos esse:  
ab hac nuditate liberati, per sui demer-  
sionem cælestibus donis, ac gratia cumulati  
erant.

Quinta  
nuditatis  
causa fuit,  
ut nos ante  
baptismum  
Dei gratia  
nudos esse,  
demonstra-  
rent.

*Baptizandi à quibus exuerentur, & quando  
persisterent; de que initio, & causa nudi-  
tis abroganda; & ubi illa  
etiam nunc daret.*

C A P. XIII.

**E**St autem hoc loco diligenter à lecto-  
re obseruandum, diuersa ratione sexum  
malem, ac fœmineum vestibus exutum fuisse.  
Nam mulieres, quo pudicitia, & honestas  
consulerent, sine ministri opera, sibi ipsas  
vestem auferre solent. Quod indicauit S. Grego-  
rius Epist. supra citata ad Bonifacium Pontifi-  
cem de tumultu à Theophilo contra se exor-  
tato, in hæc verba: *mulieres, quæ intra Ecclesiam  
baptizarentur, sese veste nudauerant, per id tem-  
poris nuda fugiebant, metu acerbißima huius con-  
uictio*

Mulieres  
sine mini-  
stro exue-  
bantur.

cuius impulsu. At viri, quanquam in priuato  
 baptismo, qui extra Ecclesiam, necessitate po-  
 pulante, conferebatur, nonnunquam ipsi se  
 exuebant: sicut patet exemplo S. Basilij Magni  
 apud Amphilochem de vita ipsius, cum in-  
 quit: *urgensque cum tremore, suis se vestibus spo-*  
*liat, unaque cum illis veterem exuit hominem: ta-*  
*men, si publicè, ac statis temporibus Paschatis,*  
*& Pentecostes fiebat, à Hierarcha, & clericis*  
*soleniter exuebantur: ita vt Episcopus ipse*  
*cingulum, reliquas vero vestes clerus inferior*  
*extraheret. Nec mihi valde laborandum, vt*  
*maior fidei testimonia adducam. Nam B. Dio-*  
*nysius Areopagita vir omnium, qui scripserit,*  
*in baptismi ritibus recensendis diligentissi-*  
*mus, hanc rem totam ferè ante oculos ponit*  
*lib. de Eccles. Hierarch. ca. de bapt. vbi scribit:*  
*sacram effundit precem, quam cum omnis secum Ec-*  
*clesia terminauit, discingit quidem ipsum Antistes,*  
*& ministrorum manibus exuit, rursus ibidem, cù*  
*explante vestes ministri detraxerunt, tum sacerdotes*  
*sacrum unctionis oleum asserunt, &c. quem locum*  
*Eliaz Cretenensis in Orat. 4. Greg. Nazianz. præ-*  
*clare imitatus, haud obseurum eiusdem rei te-*  
*stimonium reliquit hoc pacto in diuino nostro*  
*textu, quemadmodum sacerimus Dionysius inquit,*  
*ad sacerdotem quidem is adducitur, qui spiritali re-*  
*generatione donandus est, ipse autem & pedes eius,*  
*adhibita ministrorum eorum, qui ad hoc constituti*  
*sunt, opera, calcis nudat, & corpus vniuersum dete-*  
*git, quibus ex verbis clarè intelligimus, cum*  
*exuendi modum vsq; ad tempora Eliaz Creten-*  
*sis durauisse. Et, si eadè diligèter consideremus*  
 S f

Viri in bap-  
 tismo publi-  
 co ipsi se  
 exuebant.

Viri in bap-  
 tismo pub-  
 lico, & fo-  
 leanni ab E-  
 piscopo, &  
 clericis  
 exuebantur  
 & quomo-  
 do,



Diaconorum  
opera & pif-  
copi bapti-  
zandos e-  
xuebant.

haud dubium est, quin Episcopi ad baptizan-  
dos exuendos Diaconorum opera veterant  
quoniam *ministri* nomen, cuius sibi mem-  
Diaconi voce solo idiomate differi, quare  
hoc ipsum & ex Beato Dionysio Archiepiscopo  
colligitur, qui eadem *ministri* voce vult  
clarius etiam ab incerto Authore in eodem  
S. Dionysium traditum est: qui cap. 1. Eccl.  
Hierarch. sic scribit: *obstruendum est, non  
comos solos detrahere solitos fuisse vestes us, quibus  
zabantur, presbyteros vero fecisse reliqua, ut  
solum expressa Diaconorum mentio  
rum etiam diuersa presbyteris munera  
gnantur. (sicut S. Dionysius loco secundo  
stitit) quod indicat exuendi ritum ad solan-  
conos pertinuisse. Ex quo tamen nolim  
ri, Episcopum ab exuendi munere excludi  
se, nam Diaconi sic vestes baptizando  
hebant, ut extrahendi initium ab Episcopo  
ret. quemadmodum ex S. Dionysio, &*

Baptizandos  
exuendi in-  
itium fiebat  
ab Episco-  
po.

Apud Lati-  
nos mini-  
ster sine al-  
terius ope  
baptizandū  
exuebat.

Cretensi supra probauimus. Hæc autem  
de Episcopi, & Diaconorum opera in bap-  
zandis exuendis dicta sunt, ad solam Græ-  
rum cōsuetudinem referimus: quod ceteri  
ptores in Græcia eum egerint, nam apud  
tinos puto baptizandum sine alterius  
ministro exutum fuisse, & cur putem, non  
possum; tum quia diuersæ Episcopi, & Dia-  
conorum operæ nullibi mentio fit: tum etiam  
in vita S. Laurent. Archileu. quam ex anti-  
manuscriptis codicibus depromptam, Lau-  
rentius Surius publici iuris esse voluit. Lau-  
lus, notæ nobilitatis, & potentæ vir, ab e-

qui a quæ benedixit, veste spoliatus fuisse legi-  
 tur. *benedixitque* (inquit Surius) *aquam, & cum*  
*carississet eum, sudit super caput eius.* Ex quo sequi  
 videtur, cum minister aquæ benediceret, bap-  
 tizandos à ministro exutos fuisse. nisi malimus  
 hoc exemplum ad necessitatem referre. sicut  
 de S. Basilio ante dictum est. quo posito, credē-  
 dum erit, Diaconorum opera vtendi consue-  
 tudinem, quā in Græcia viguisse probauimus,  
 Latinis communē fuisse. De quo, quia nobis  
 non cōstat, lector iudicet, vt velit. Verū, si cau-  
 sam quare viri in baptismo ab aliis exuerentur,  
 cōiecturis assequi luber, nulla certē alia nobis  
 aptior, & commodior videtur, quam vt signifi-  
 icaretur, hominem ad Dei gratiam, quæ in ba-  
 ptismo datur, consequendam se suis viribus præ-  
 parare non posse: verum diuino egere auxilio:  
 quod per op<sup>o</sup> ministrorū Dei nobis indicatur.  
 quæ ratio quamuis etiam mulieribus faueret;  
 tamē honestas, & pudor præhabitus est. A quo-  
 eniq; autē baptizandi exuerentur, nulli dubiū  
 est, quin ad ipsam vsq; vnctionem, quæ in ver-  
 tice fiebat, spoliati, & nudi persisterent. Nam  
 & nudos sacro chrismate vnctos fuisse, suo lo-  
 co probabimus: & post baptismū rursus indu-  
 tos fuisse, qui mox nudi vngendi erant, vix ra-  
 tioni consentaneum videtur. Itaq; diu simplex  
 antiquitas eos, qui baptizandi erant, sine veste  
 ad laucrū exposuit. donec, malitia ad cumulū  
 aucta, propter offensionis & flagitij periculū,  
 in plerisque occidentis solis partibus omnino  
 sublata est. Quod post tempora S. Bern. anno  
 fere à Christi ortu MCXL. cōtigisse, qui nullā  
 sit.

S l ij

Incertum,  
 an Latini in  
 baptizandis  
 exuendis  
 Diaconorū  
 opera vte-  
 rentur.

Causa, cur  
 viri à mini-  
 stris exue-  
 rentur

Quare mu-  
 lieres ab a-  
 liis non  
 exuerentur.

Baptizati  
 nudi persi-  
 stebant vs-  
 que ad vn-  
 ctionem.

Nuditatis  
 in baptis-  
 mo ritus  
 cur & quā-  
 do sublatus  
 sit.

Consuetudo baptizandi nudandi in Gallia, Germania, Aethiopia, & Gracia durat.

eius mentionem apud scriptores non penitus inueniunt. facile intelligit. In Germania, & Gallia, atque in Oriente, praesertim apud Aethiopes, & Gracos vetus consuetudo adhuc durat. quorum priora non minus diu commorati, earum regionem moresque prime tenent, fide, ac sermone mihi cognita penitusque perspecta, quam a Iohanne Iacobo Salisburgensi Archiepiscopo in Manualibus rochorum, & aliorum curam animarum habentium de sacrament. baptismi. ca. 5. & 6. auctore Ordinis baptismi secundum ritum Aethiopum tradita sunt. Vltimum vero ex totis apparet, quia Contemplator in S. Dionysio Areop. alique posterioris saeculi, illius mentionem fecerunt.

*Eos, qui baptizabantur, fuisse ieiunos, eoque etiam pueros obstrictos esse; & cur, quandoque ieiunandi consuetudo desierit.*

## CAP. XIV.

**D**Iu etiam in Ecclesia mos fuit, ut, quis lustralibus abluendi erant, corpora ad vespertinam horam religio sa media coacerent. Nec dubia res: auctor est B. Linus primus post Petrum Romanae Ecclesiae Pontifex, de Passione S. Pauli (quamuis alij de eius fide perperam dubitent) Centurionem, & pro-

ctos, qui ministri necis S. Pauli fuerant, à Ti-  
 mo & Luca. praxio vsq; ad vesperam ieiunio,  
 in Christi famulatum assertos fuisse, his verbis:  
*perant cum multa leticia, & spiritali gaudio,*  
*ponentes eis manibus, & dantes signaculum*  
*sacramentis perpetua. sicque ieiunio vsque ad ve-*  
*peram praecurrente, baptizati sunt in nomine patris,*  
*& filij, & spiritus sancti. In vita etiam SS. Syri,*  
*& Iuuentij, siue Iuuentij, qui primi rem Ecclesia-*  
*stica Papiensem administrarunt, à Laur. Surio*  
*diligenter exarata, legimus, ingentem hominũ*  
*multitudinem, quæ baptismi suscipiendi causa*  
*conuenerat, ante diuinum sacramentum, cibo*  
*abstinuisse: antequam (Surij verba sunt) sumo-*  
*rent cibum, omnibus, qui cum Porphyrio venerant,*  
*baptizati, & ipse Porphyrius baptizatus est. S. ve-*  
*ro Polycarpus Beati Sebastiani monitu, cum*  
*ingentem animosam vim, quæ olim ignara*  
*Dei, & miserandis opinionum erroribus inuo-*  
*luta erat, ad Christianam rempublicam reli-*  
*giam Idolis, & eurato dæmone, adiuncturus es-*  
*set, primo quidem debitas diuinæ clementiæ*  
*laudes, & gratias egit, quod ex facta diui-*  
*ni verbi semente tam multæ segetes ad mes-*  
*sem inaluerant: deinde piam cohortem in-*  
*uictis, de felicitate ipsorum, antea actæ vitæ*  
*miseriis, & incredibili æque dæmonum dolo-*  
*re, ac gaudio Angelorum accommodata ora-*  
*tionem differuit: indictoque ad vesperam ieiu-*  
*nio, novas plantas in Ecclesiæ solum trans-*  
*ferendas tam egregiè coluit, vt syluestrem ma-*  
*li dæmonis animum exuta, sese in florem æ-*  
*ternæ salutis induerint. quemadmodum Lau-*

rentius Surius tradit in vita S. Sebastiani  
 ex Ms. codicibus excerptis: deinde, inquit,  
 ad sanctum Polycarpum presbyterum, in ille per  
 eutionis causa latitabat, & narrauit ei omnia  
 gesta erant. quibus auditis, sanctus Polycarpus  
 rias egit Deo, & una cum eo venit ad domum  
 Strati protoscriniarij: vidensque turbas credentium  
 salutauit eas cum omni gaudio, dicens, beati viri  
 nes, &c. quia ergo daemones omnes, qui filij tene  
 rum sunt, contristantur, & omnes sancti Angeli  
 sunt lucis filij, gratulantur: accedat unusquisque  
 det nomen suum, hodierna die usque ad vesperam  
 praecurrente ieiunio, ut festinum baptismatis in  
 mentum, opportunum tempus inueniat. Haec  
 ille. Cui simillimum exemplum refert Simeon  
 Metaphrastes apud eundem Surius de vita  
 Stephani Papae, & sociorum cap. 3, in tempore  
 bunum quendam militum, nomine Nemo  
 sium, & filiam eius, quae utroque capta tanta  
 multos iam annos in perpetua nocte in carceris  
 vitam trahebat, cum beatum Stephanum  
 verbum longè, lateque disseminantem audi  
 sent, & altera (mira dictu res) repente dilu  
 sis tenebris optatam lucem recepisset, caele  
 stium numine afflatus, ad virum recta contem  
 tantumque in eis vel ante acta vita dolentem  
 vel desiderium aeternae salutis emicuisse, res  
 signis Euangelij praeco haud differendum  
 tus, statim utrumque ad certam diei horam  
 iunio munitum, baptismali caractere  
 niuerit. Verba Simeonis haec sunt: cum esset  
 ipsum, & eius filiam catechismo instruxisset, ut  
 eos ieiunare usque ad vesperam, quemadmodum

hanc filioi canones, & ordo postulat. cum autem ve-  
 nerit hora vespertina, benedixit aquae in eo loco, quae  
 huiusmodi ritualum vocatum fuisse diximus. Itaque Ne-  
 ptionis in aquam demisit, & baptizavit in nomine  
 Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Atque hic vel  
 locus satis, abundeque sufficeret ad de-  
 clarandum, eadem ieiunij lege etiam infantes  
 obstrictos fuisse, communi aequae omnibus ca-  
 nonis, atque ordinis mentione. Sed, ut id pau-  
 lo manifestius sit, addam ego aliquot ex vete-  
 rum scriptis testimonia, quae puerorum absti-  
 nentiam ante baptismum clarè demonstrant.  
 Eius generis est, quod apud Ioannem Diaco-  
 num legimus de vita S. Gregorij, quem narrat,  
 cum in lentam, & pertinacem febrim ancipi-  
 ti aliquot dierum curationem incidisset eo ip-  
 so Paschae peruegilio, quo etiam infantes bap-  
 tizandi ad certum tempus ieiunio operam da-  
 bant, tam acri dolore percussus fuisse, ut ma-  
 gis preceptam sibi ieiunandi facultatem, quam  
 morbum, & inualitudinem palam quereretur.  
 Sic enim ait: Paschalis superuenit dies. Et, dum sa-  
 cratissimo sabbato, in quo omnes etiam paruuli  
 baptizandi ieiunant, ipse ieiunare non posset: cœ-  
 pit plus morore, quam infirmitate deficere. Et Al-  
 binus Flac. l. de Diu. offi. c. 19. de sab. S. Paschae,  
 cum singulos baptismi ritus diligenti studio re-  
 censeret, de non admoedi ad materna vbera  
 infatibus, priusquàm cœlesti pane post baptismum  
 refecti fuerint, hæc inquit: verba sunt salutationis  
 ad novum hominem, qui regeneratur. Sed hoc pra-  
 videndum est, ut nullum cibum accipiant, neque la-  
 ctentur, antequàm cōmunicent. Quare si infantibus,

ante diuinas Eucharistiæ epulas, lacrimas  
vetitum erat: cum illæ baptismum suble-  
rentur: negare non possumus, quin ad hoc  
mum ieiuni delati fuerint. Nec vero laici  
tè quis dixerit, si infantes à cibis abstineren-  
acti fuissent: fore, vt imprudentiæ nota Pa-  
tribus inureretur: quod teneræ ætatis necesse  
ti minimè consuluerint. non intelliget enim  
multa alia Episcopis in mentem venisse, quæ  
edendi, bibendique sitim posthabereant. ne  
meminerit, dum in catechumenorum ordine  
censebantur, etiam infantes aliquot diebus  
ieiunia iniuisse. quæ si tenellæ ætati nequaquam  
repugnarunt imprudentis est, ob vnus dies  
iunium, in Patribus prudentiam desiderare.  
inquiet, natos pueros, si à nutricis vberibus  
diu amoueantur, vagitus intolerabiles esse  
quasi vero congruum fuerit, ne lato diebus  
lantium voces audirentur, pueris alimenta  
ministrare. ineptè sanè. quis est enim tam demens,  
quem ista moueant? aut quis multa similia  
infantum baptismo contigisse raras, esse  
hoc ad persuadendum aliquid momenti  
dat? Res erat ad patiendum, tolerandumque  
difficilis: cum pueri vestibus exuebantur: et  
nudi in aquam mergebantur. num ideo à bap-  
tismo remouendi? minimè decere videbatur  
eosdem, post baptismi sacramentum, cibo  
stem Eucharistiæ cibum sumere. an propterea  
eundem illis datum non fuisse, putabimus? et  
que, vt de adultis aliquid dicatur, vix creditur  
quispiam, catechumenos, antequam ad Chri-  
sti ouile aggregarentur, peccata publicè con-

esse esse. quis tamen, veteris consuetudinis  
 non ignarus, id esse verissimum, inficietur?  
 quippe aliud est, cum de ritu quaeritur, proba-  
 biles rationes ad eum euertendum sibi animo  
 ingerere, aliud veris tum autoritatibus, tum  
 rationibus niti. ego igitur, quin hæc, & aliæ si-  
 milis de infantum ieiunio dubitandi causa  
 occurrere possint, non negauerim: sed tamen  
 eosdem ieiunos fuisse, propter allata testimo-  
 nia, constanter affirmo. cuius rei adhuc vesti-  
 gium in Ecclesia perseverat. nam more inter-  
 misso, cum aduultorum baptismus, collustrato  
 tum lucis Evangelicæ radiis toto terrarum orbe,  
 valde infrequens esse inciperet, ac imbecilla  
 puerorum ætas diuturno cibi desiderio  
 in dies magis affligeretur: nè tam salutaris ri-  
 tus cum eius memoria penitus intercideret,  
 æqui morum conditores vespertinæ baptismi  
 horæ matutinum tempus suffecerunt: vt, quã-  
 do temporis diurnitas à pleniori ieiunio re-  
 tardaret, saltem ad breue spatium solitis cibis  
 abstinere. De quo Synodus Coloniensis ca-  
 15. Manuale Parochorum, & aliorum curam  
 animarum habentium à Ioanne Iacobo Ec-  
 clesie Salisburgensis Archiepiscopo editum  
 de sacramen. bapt. cap. 4. & Ecclesie Medio-  
 lanensis Acta pluribus locis: quorum nos ver-  
 ba Audio breuitatis omitimus.

Ieiunandi  
 lex ante ba-  
 ptismū cur,  
 & quando  
 abrogata  
 fuerit.  
 Vespertinæ  
 baptismi  
 horæ matu-  
 tinum tem-  
 pus suffe-  
 ctum est, &  
 quare.  
 Vestigium  
 ieiunij ante  
 baptismū.



*Mulieres seorsim à viris baptizari solitas.*

## CAP. XV.

**N**Vnc, quod restat dicendum, qui ordo et dispositio fuerit, explanare oportet, ut intelligant homines, etiam decus, & honestatem veteribus inter baptizandum curæ fuisse. Nam, cum viros à mulieribus, & has ab illis in vestimento conspici, maxime dedecere vetus mos obtinuit, ut viri simul cum viris ad dextram, & mulieres cum mulieribus ad sinistram in diuersa statione consisterent: & hoc tempus esset, seorsim singuli, primo viri, tum fœminæ baptizarentur. Quare à S. Cyrillo Hierosolymitano scriptum est in sua prooche. cum baptizandos ad frequentem meditationem, & cæremoniam reuerentiam iuraret: *ne imiteris illos, qui nulli vacans meditatione, & reuerentiam adhibe, cum sit exorcismi: quæque alij exorcizati aderunt, viri cum viris, & mulieres cum mulieribus.* Et S. Augustinus lib. 1. de ciuit. Dei cap. 8. agens de rebus, quæ supra naturæ vim, & ordinem fiebant, ut, repudians idolorum cultu, cæca hominum mens Christianam lucem adspiceret, inter cætera referebat, innocentiam, eximia fide, ac sanctitate multitudine in loco fœminarum, quæ baptismum expectabant, per quietem diuinitus afflata obseruaret, signo Crucis in mamilla efficta, à lethali cancri infirmitate liberatam fuisse, &c.

Viri ad dextram, mulieres ad sinistram consistebant. Baptizabantur primo viri, tum fœminæ.

scribens: Admonetur in somnis, appropinquante  
baptisma, ut in parte feminarum obseruanti ad bap-  
tisma, quacunque illi baptizata primitus occur-  
rit, eundem locum signo Christi signaret. Fecit, &  
confestim sanitas secuta est. S. etiam Gregorius  
in Sacrament. postquam fontis baptismalis  
consecrationem de more explicauit: tum se-  
quitur: tunc baptizantur infantes, primum mascu-  
los, deinde feminae. Ex quo, marium, & feminarum  
baptismum distincte ministratum fuisse, nemo  
non videt. In V. vero Synodo Constantinop.  
Act. citatur Io. Palladij Eutyichiani sententia  
contra Petrum Apamearum, in qua eum grauiter  
arguit, quod Christianae honestatis immemor,  
mulieres diuino baptismo, uiris spectanti-  
bus, perluisset: impudicicam uero, inquit, mu-  
lierem non dignam diuini baptismatis introduxit,  
& stare fecit iuxta sacrum fontem, &c. Quod si  
mulieres in diuini fontis baptismate a uiris con-  
spici, ueritum erat: non absurda erit coniectu-  
ra, utrumque sexum seorsim aquis lustralibus  
admodum fuisse. Atque haec omnia uelut in  
vnum colligens Ordo Romanus cap. de Sab-  
bato sancto, baptismi ordinem ita commemo-  
rat: post tertiam uero horam sabbati procedant ad  
Ecclesiam: qui baptizandi sunt, cum patrinis, & or-  
dinentur ab acolytho par ordinem, sicut scripti sunt,  
masculi in dexteram partem, femina uero in sini-  
stram. & infra, dum ministrorum vestes, atque  
ornatum exequitur: Deinde presbyteri, aut Diacono-  
ni, etiam si opus fuerit, & acolythi, induentes se ue-  
stibus mundis, uel candidis, ingrediuntur in fontem  
intro in aquam, & baptizatur primo masculi, deinde

*fœmina sub hac interrogatione, & c. ubi non solum*  
 primum argumentum clarius explicat. sed et  
 distinctionis utriusque sexus sigillatim mem-  
 nit. Et Albinus Flaccus, notæ eruditionis, &  
 sapientiæ vir, lib. de Divin. offic. cap. de sabbato  
 S. Paschæ, nihil ferè ab Ordine discrepans,  
 eandem consuetudinem sic testatam reliquit  
 post horam denique tertiam sabbato preparatorum  
 Ecclesiam, qui baptizandi sunt, simul cum pueris  
 & matris, & ordinantur ab acolytho, masculi ad  
 dexteram, fœmina vero ad sinistram. Quibus  
 quis loca, à nobis de diverso baptisterii rito-  
 rum & mulierum loco superius allata, admo-  
 rit: nihil erit, quod pro mea fidei certitudine,  
 vel huius ritus confirmatione desiderari pos-  
 sit. Vt non immerito Mediolanensi Ecclesie  
 quæ antiquorum rituum in primis totius Chris-  
 tenax, & emula est, à Presule, sanctitatis sum-  
 meque apud externos, ac ciues conspicuo, lep-  
 cautum fuerit, ut, pluribus ad baptismum ob-  
 latis, sacrosanctum Dei munus, habita leu-  
 dignioris ratione, prius mari, deinde fœmine  
 ministraretur. Sicut part. 4. Act. tit. de modo mi-  
 nistrandi baptismi patet his verbis: *infantes*  
*autem oblati, partim maribus, partim fœminis, se-*  
*paratim, atque ordine ministrabit, maribus scilicet*  
*primo, & deinde fœminis.* Erin Concil. Provinc.  
 V. tit. quæ ad baptismum pertinent: *causam*  
*infantes, mas scilicet, & fœmina ad baptismum re-*  
*feruntur, ut ordo seruetur, qui antiquissimi ritus est,*  
*ut mari primum, deinde fœmine ministraretur, nisi*  
*necessitas aliter cogit.* Cur autem viri dexteram,  
 mulieres leuam tenerent, à Gulielmo Durando

Ecclesia  
 Mediola-  
 nensis anti-  
 quorum ri-  
 tuum tenax  
 & emula.

applicatum est ltb. 6. rational. Diuinor. Offic.  
ia. de 4. fer. hebdom. 4. Quadragel. qui, hanc  
ponisimum rationem fuisse, scribit, vt nobis  
applicaretur eos, qui in huius vitæ mortalis sta-  
tio viriliter se gerunt, die illo nouissimo, quo  
vniuersum genus humanum ad vitam reuo-  
cabitur, & Christus de czelo ad iudicia exer-  
cenda descendet, in dexa beatorum parte,  
qui autem indecore, muliebriter, effeminate-  
ve quidpiam fecerint, in sinistra damnatorũ,  
eternò vel præmio, vel supplicio, collocatum  
sunt. quæ ratio quamuis à nullo antiquiore scri-  
ptore literis prodita fuerit, eiusmodi tamen  
est, vt ex insigni officina prodiisse videatur.  
quare eam nostris literis tractasse, non erit,  
opinor, indecorum.

*Baptizandorum nomina ea ordine, quo scripta erant,  
recitari solita, post recitationem, baptizandos ad  
Episcopum manu ductos, ingentem hominum  
vtriusque sexus multitudinem ad videndum  
confuuisse, & de sacra concione ad eam habita.*

CAP. XVI.

**R**ursus, ne qua in viris baptizandis, aut  
mulieribus confusio oriretur, nemo ad  
baptisimum vltro sine singulari nominatione  
accedebar. Quippe erant apud clericos certi  
libri, & tabulæ, in quibus baptizandorum no-  
mina sigillatim scripta erant eo ordine, quo  
quisq; suum nomen ad Episcopum detulisset.

*Baptizan-  
dorum no-  
mina in ta-  
bulis scrip-  
ta erant.*

Quare, cum baptismi tēpus apperebat, dicitur  
 contenta voce singulorū nomina de tabula  
 citabant: &, prout quisque nominatus fuerat  
 vel prior, vel posterior accedebat. Ita etiam  
 significare voluit S. Dion. Areop. c. de Bapt. c. 1.  
 inquit: *virum ad se portari iubet, cuique sacerdos  
 quis ex tabula professionis eam, & spem veniens  
 hic quidē ad aquā a sacerdotibus ducitur, ad Ebra-  
 che manum ab eis manu ductus. Hierastus autem  
 loco superiori stans, cum rursus sacerdotes ad aquam  
 Hierarcha manus, eius, qui initiatur, nomen con-  
 runt, ter quidem illum demergit. Cui S. Basilus  
 thoritas mirē consentit in ea, quam semper  
 baptismum Exhortatione, dum eius celebra-  
 tis cognationem quandam, & congruentiam  
 cum Paschatis die aduersus legnes, & lux  
 tis sacramentum in aliud subinde tempore  
 ferentes, admirabili spiritus vehementia  
 quitur: quod tempus, inquit, magis cognationem  
 quam Paschales dies? quod ea lux resurrectionis  
 mumentum quoddam existat. Baptismi namque  
 resurrectionem facultas quadam, arreptaque est  
 surrectionis ergo gratiam in die resurrectionis accipi-  
 mus. quamobrem Ecclesia suos procul alta vocat  
 uocas alumnos, ut, quos olim parturit, tunc panis  
 lacte sana eruditionis fide catechumenus evocet  
 cibi firmioris degustatione, institutoque perfecti  
 bore. Vbi alumnorum nomine catechumenus  
 intelligi, ex verbis parturit. & catechumenus  
 quæ mox subdit, colligi potest: & cibi firmioris  
 institutioque perfecti mentionem ad baptismum  
 referendam esse, operis titulus, & antecessor-  
 tium, ac subsequendum ratio ostendit. Extr-*

Vocaban-  
 tur nomine  
 ad baptis-  
 mum.

ibi dem disertis verbis eandem consuetudi-  
nem docet. nam manumissionis ritum, & so-  
lemnia cum Baptismi caeremoniis conferens,  
ait: si enim hominum seruus esses, & libertas omni-  
bus proponeretur, nonne ad constitutum diem insti-  
tutus venires: quin aliam quoque, extremam seruorū  
legem, pro liberatione omnis infuturum infamiae, ac  
probris libenter subires. Postquam vero te seruum non  
nominum, sed peccati ad libertatem praeco vocat, ut  
in a seruitute soluat, ac Angelorum consortē, ciuemq;  
faciat: nondum esse tempus hac dona excipiendi cau-  
tetur: Vbi quod praecoris mentio fit, non sic in-  
telligere oportet, ut quilibet ex profano or-  
dine vocandi officio functus fuerit. Verum  
propter similitudinem, quae cum manumissio-  
ne, in qua praecoris adhibebantur, baptismo  
intercedit, ea vox usurpata est: cum persuasiss-  
imum esse debeat, vocandi curam clericis de-  
mandatam esse: nō minus quia rei dignitas ita  
postulare videbatur: quam quod in priori S.  
Basilij auctoritate Ecclesia, id est, vir in Eccle-  
siastica dignitate constitutus vocasse dicitur: &  
baptizandorum nomina de tabella a clericis  
recitata esse, alibi probatum est. Quo modo  
autem ad Episcopum accederēt, ipsi ne seipsis,  
an a clericis, vel susceptoribus ducti, haud sane  
difficile dictu est. Nam S. Dionys. Areop. loco  
supra citato, eos, qui per baptismū Christi cor-  
pori coniungi, atque eius membra effici cupie-  
bant, ad Episcopum, seu sacerdotem a clericis  
manu ductos fuisse, tradit his verbis: ad aquam a  
sacerdotibus ducitur, ad Hierarcha manus ab eis ma-  
nuduclus. Contemplator vero in eum locū, id

Cap 1.2

Manus du-  
cebantur  
ad Episco-  
pum.

muneris susceptori attribuit hoc pacto: *hanc est preclari, sanctique ordinis simulacrum, et ergo, eius, qui accedit, pudor, et eorum, quae ad eum pertinent, explorata, certa que cognitio, quae sua ad pacificam ferentis sponso rem habet diem.* Demy. Epi. Cretenfis in Orat. 4. Gregor. Nazianz. Divi sij vtique testimonio vltus, omilla singula ductoris mentione, ipsam adducendi consuetudinem in hunc modum exequitur: *in domo nostro ortu, quemadmodum sacerrimus Dionysius quirit, ad sacerdotem quidem is adducitur, qui spirituali regeneratione donandus est. Ex quibus colligitur potest, parum interfuisse, an ab vno, an ab altero ducerentur. Huius vero mysterij figura, quaedam imago in nostra redemptione non defuit. Nam Christus, cum a cruce ad sepulchrum duceretur, hoc significauit: scribit S. Cyrillo Hierosolymitano catech. 1. myst.*

**Figura ducendi ad Episcopum.** *ad baptizan. Postea deducebamini ad sanctum iuini baptismi lauacrum, quemadmodum Christus a cruce ad destinatum sepulchrum ducebatur. Cuius etiam iam vulgatio est, quam vi a nobis*

**Causa, cur ducerent ad Episcopum.** *rursus demonstranda; quae profecta est a ceteri muni Theologorum placito, quod homo natura suae vi ad Christum accedendo non potest sed potentiore auxilio, Dei nimirum indiget quae res in ipso ministri, aut susceptoris dignitate potissimum cernitur. Adeo in rebus sacris diuinis discreta vtriusque sexus communis obseruatione, & amore apud veteres fuit. Quis cum videndi causa, quippe rerum nostrarum imprimis auida mortalitas est, & gratissimo caeremoniarum aspectu, quali patet quodam*

spectu, quasi pabulo quodam, oculorum acies  
 quilibet fatigata reficitur) tum vero etiam,  
 preterita veteribus Christianis charitate, bap-  
 tizandorum studium oratione, ieiuniis aliisque  
 Christianæ pietatis exercitationibus fouendi  
 gratia, omnis pene multitudo in Ecclesiam  
 confluxebant. Adeo ut Cyrillus Hierosolymi-  
 tanus catech. 2. mystag. de baptizandorū con-  
 stantia, quod in oculis omnium sine pudore  
 velibus exueretur, plenus admirationis ex-  
 clamavit: *O rem admirandam: nudi fuistis in con-  
 spectu omnium, & non vos pudebat.* Quod opti-  
 me callens B. Basilius, Hebræum medicæ artis  
 professorē, qui ex reddita sibi, præter ordinem  
 naturæ, sanitate, Christiana sacra capeffendi  
 occasionem nactus erat, toto populo spectan-  
 te, Christo lucrari voluit: sicut Amphilochius  
 de vita ipsius narrat: *surgensque venit in sanctam  
 Ecclesiam, & sub aspectu totius populi baptizavit  
 cum omni domo illius.* Et in Clodouei Fran-  
 corum regis baptisate, cum, intercepto à po-  
 puli multitudine clerico, chrisma ad inungen-  
 dam deesset, nulli vnquam aditus ad illud ca-  
 piendum patere potuit. Ex quo factum est, ut  
 S. Rhemigij precibus, pro impetrando à Deo  
 chrismate, opus fuerit. Ita enim Hincmarus  
 Ecclesiæ Rhemenfis Archiepiscopus in vita ip-  
 sius scribit: *cum vero peruenissent ad baptisterium,  
 ceteris, qui chrisma deferrebat, à populo est interceptus,  
 ut ad fontem venire nequiverit. sanctificatio  
 autem fonte, nitu divino chrismate defuit. Et, quia  
 propter populi pressuram vlli non parebat Egressus  
 ecclesiæ, vel ingressus, sanctus Pontifex, oculis,*

Baptismo  
 intererat  
 populus, &  
 quare.



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN



ac manibus protensis in caelum, cepit tacite orare  
 lachrymis. Et ecce subito columba nuda in dextera  
 culit in rostro ampullula, chrismate sancto repleta.  
 Quae res apertissimè demonstrat, ad Chlothe-  
 baptismum pene infinitos homines conce-  
 se: quia secus afferendi chrisomatis facultas  
 rico adempta non esset: nec S. Rhenigi  
 ces desiderata fuissent. Seuerus vero Alexan-  
 drinus lib. de bapuf. solennibus orationibus  
 quas sacerdotis nomine pro baptizandis  
 adhibet, populum conceptis verbis respon-  
 tem inducit. Et Deus dedit Pontifex Episc.  
 Gordian. Hispalen. Eccles. Episcop. quae habet  
 tur apud Gratian. decret. part. 2. cau. 30. cap.  
 1. cap. 1. nonnullos, propter populi multitu-  
 nem, quae baptismo intererat, inscientes in  
 suos è lauacro suscepisse, meminisse huc ven-  
 peruenit ad nos Diaconus vestra sanctitatu  
 lam deferens: quod quidam viri, & mulieres  
 rito sabbato Paschali die, pra magna populorum  
 cursu, nescientes proprios filios suscepissent ex fonte  
 sancto. Praeterea in Ordine Romano, cum ba-  
 ptismi ritus commemorat, scriptum est in  
 die Sabb. S. adstante omni clero, & populorum  
 cunctu fontis. tum Albinus Flaccus lib. de Dign.  
 Offic. cap. 19. de Sabb. Pasch. baptismalium  
 consecrationem referens ait: tunc pontifex  
 spargit cum manu de ipsa aqua super populum.  
 mum ad S. Augustini, Deodati, & Alipij ba-  
 ptismum multi conuenere; vt verus pater  
 Ecclesia S. Augustini declarat. Et B. Carolus  
 vir nunquam sine singulari praconio  
 nandus, eo libro vere aureo, qui *Alia*

Mediolanensis inscribitur, populum modo ad baptismi caeremonias sua praesentia cohonestandas, modo ad eas pie, devote que intueudas, subditis aeterni praemij facibus impellit. Vt non minus mirandum sit, sanctissimo viro, intermissam consuetudinem reuocare, fuisse cordi, quam veteres aut instituisse, cum nota esset, aut institutam religiose coluisse.

De precibus, & psalmis in baptismo olim recitatis, & de veteri versus orientem solem baptizandi consuetudine.

CAP. XVII.

Verum, vt finem habeat libet, preces, & psalmos in baptismi administratione recitari solitos, & veterem versus orientem solem baptizandi ritum paucis complectar: non quia testimoniis, vel autoritatibus caream: sed ne in rebus tritis comprobandis plus aequo laborasse videar. In primis autem repetenda sunt, quae ex S. Greg. Pontifice supra citavi; cum de veteri in Paschate, & Petrecoste baptizandi consuetudine dictum est. vbi & sequentes preces, seu lectiones habentur: *lectio libri Genesis. Noe, cum quinquaginta esset annorum, Deus, qui Ecclesiam tuam semper gentium vocatione multiplicas, concede propitius, vt, quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis; & multa alia legimus, quae varios psalmos, & preces recitatas fuisse, declarant. Nec dubito, quin cum iisdem conueniant*

Li. 2. c. 197  
Psalmi, &  
preces in  
baptismo  
recitaban-  
tur: eaque  
consuetu-  
do etiam  
nunc apud  
nos, & A-  
thiopes du-  
rat,



non modo nostræ Ecclesiæ ritus, in qua multi-  
 plices orationes baptismi administrationi con-  
 gruenter haberi solent, verum etiam Antiquis-  
 simum Christianorum mores, quos, inter bap-  
 tizandum, diuina Dauidis carmina, quibus ad-  
 rato Deo suis peccatis, noxique veniam, po-  
 cemque exposcebat, aliasque preces recitari  
 perspicuum est: cum in Ordine baptismi se-  
 cundum vltimum eorum scriptum sit: *Oratio, que  
 fit in sancto baptismo, sacerdos primum dicit: Misere-  
 re mei Domine, secundum magnam misericordiam tuam, Amen.  
 Deinde orat super eum. Diaconus dicit: Orate. Sa-  
 cerdos autem dicit: Domine Iesu christe, qui sedes  
 ad dexteram patris, miserere mei Domine, secundum  
 magnam misericordiam tuam, Amen.*

Sacerdoti  
 missæ sacri-  
 ficium per-  
 agentis po-  
 pulus re-  
 spondebat.

Baptizandi  
 ad Orientem  
 Solem spe-  
 ctabant.

si cælos, &c. qui baptizatur, dicit, amen. Ex quo  
 intelligere possumus, cum preces à Dato-  
 no indici, tum iisdem baptizandum respon-  
 dere. quod ad eam consuetudinem pertinet, quæ  
 sacerdoti oranti, vel facienti non certum  
 clericum, sed laicum, siue populum apud ma-  
 iores nostros respondisse. suo loco conuulsi-  
 mus. Deinde ad ea loca, & authoritates, quæ supra  
 secundo de fidei professione, & alibi sæpe al-  
 lata sunt, mentem, animumque adijcere oportet.  
 Nam, cum ex iis, fidei professionem culturos,  
 ad Solem orientem spectasse, planè ipsam  
 ipsam vero fidei professionem sæpe baptismi  
 administratio subsequi consueuerit: valde pro-  
 babile est, eos, qui baptismali fonte munire-  
 tur, ad eiusdem solis ortum versasse. Quod  
 probabilius existimo, quoniam, baptismum  
 cum vetera, tum recentia eodem situ esse, con-  
 spicimus, multaque adhuc non minus nostræ,

quam Æthiopum Ecclesiæ monumenta sunt, que, antiquam versus solem orientem baptizandi consuetudinem retineri, haud obscure demonstrant. Sed de nostra nihil scribere est animi; cum omnibus in promptu esse possint, de Æthiopum autem Ecclesia hæc ex ordine baptismi secundum usum ipsorum deprompti: *Dicimus dicit: in orientem aspice.* Reperio etiam in *Manuali Parochorum*, & aliorum curam animarum habentium, quod Ioannes Iacobus Salisburgensis Archiepiscopus publico Ecclesiæ suæ commodo in lucem edidit, morem esse in Germania, ut, inter sacri baptismi solennia, sacerdos de illius dignitate, usu, ac cæteris ad id pertinentibus sermonem habeat, quem antiquissimum esse, haud leuibus argumentis conijcitur: tum quia res ita postulare videbatur: ut ad rectum sacrarum cultum, ad Dei amorem, ad celestis patriæ desiderium, ad virtutum studium, ad detestationem scelerum, ad misericordiam, & ad cæteras denique affectiones, quæ ad cælum excitatæ Christianas virtutes pariunt, fideles, Deo iuuante, allicerentur: tum etiam quod plurimi veteres Patres de hac re conciones, ac sermones conscripserunt: quos ante baptismum recitados esse, ipsorum verba declarant.

a De sacra.  
bapt. cap. 5.

Germani solent ante baptismum concionem habere. Mos inter baptismi solennia concionem haberi antiquissimus est.